inhitare. que quidē est exemplar exp̄ssum ipsius summe bonitatis qua fruēdum ē. Et multo minus creatura irrationali fruendum est. Non ei sufficit ad hoc similitudo imaginis l' vestigij. Ex requiritur similitudo gratie. Tribus autez personis dinis est vna fruitōe fruendum. Huius ratio est duplex ſm.b. Thomam vbi.s. Prima ē ex parte essentie. Obiectum enī fruitōis est summa bonitas. Unde fruitō respicit vnā quācz personam ꝓut est summum bonū. Unde cum eadē numero sit bonitas trium personarum eadē erit ⁊ fruitō. Alia vero sumitur ex parte ꝓprietatum Sicut enim dicit phūs qui cognoscit vnum relatiuorum cognoscit ⁊ reliquuz. Et sic cum tota fruitō originetur ex visione vt dictum est. q̄ fruitur vno relatiuorū incz̄tum hmoi. fruit ⁊ reliq̄ prima ratio melior.

Quorum fit fruitio. §. II.

Hñideo ſm.b. Tho. vbi.s. Fruitio ponit quādam delectatōem in fine. Delectatio autem nō potest ee nisi in cognoscente. ⁊ ideo cum creature insensibiles si cognoscāt. nō delectant nec fruūtur. Quāuis ei oē desiderū sequit̄ ꝓgnitiōz desiderij tñ create insensibil' qđ ē ei⁹ inclinatō naturalis non sequit̄ cognitōem in ipsa existētez ſm cognitōem primi motoris. Item fruitio ꝓprie loquēdo est tm̄ vltimi finis. bruta autem vltim̄ finem non apprehendūt. nec finem ꝓximum possunt ordinare ad finem vltimum cum careāt ratione cuius est ordinare. Unde non ꝓprie fruūtur. Similiter peccator ponit vltimum finē suū in eo in quo non est. Unde cum verum finē nō habeat non fruit vere. Quāuis cm̄ talis aliquādo faciat aliquid ꝓpter deū. tñ qz aliquid diligit habitualr̄ supra deū. ⁊ si non actu semp. iō non fruit deo sed illo ad qđ omīa ordinat pecuniam scz gl'am veneream delectatōem ⁊ hmōi. Ulterius fruitio dicit delectatōem in fine Unde perfecta fruitio non est nisi perfecta delectatio que cē non potest ante ꝓsecutōem finis. Unde iust⁹ homo in hōc non perfecte fruitur. Sed sancti in patria vere ⁊ ꝓprie ⁊ perfecte fruunt. Ugī in. ij. sen. di. i. Fecit deus rōnalem creaturam vt summum bonū intelligeret intelligēdo amarz amādo possideret possidendo frueretur. Deus autez pfectissime seipō fruitur. Unde gre. dicit q̄ de⁹ gloriosus est. qz duz seipō fruitur accedētis laudis indigens non est.

¶ De intentione que est tertius actus voluntatis Capitulum sextuz.

De intentione que

est tertius actus volūtatis a volūtate. hanc ꝓps vocat oclm dicens Luce. ⁊ Mat. vi. Si oculus tuus fuerit simplex. i. intentio recta. totum corpus tuum. i. opus inde sequens lucidum erit. Quāuis autem oculus sit instrumentum visiue potēie que est apprehensiua potentia. non tamen intentō est actus intellectus sed voluntatis. Dicitur autem oculus intentō. quia cognitōnem ꝓe supponit per quaz ꝓponitur voluntati finis ad quem mouet. Sicut oculo ꝓuidemus quo tendere debeam⁹ tho. Q autem intentō sit actus voluntatis. b. Tho. prima. q̄. q. xij. arti. i. sic declarat. Intentio sicut ipm̄ nomen sonat signat in aliquid rēdere. In aliquid autem tendit ⁊ actō mouentis ⁊ motus mobilis. Sed q̄ motus mobilis in aliquid tendat ab actōne mouentis ꝓcedit. Unde intentio primo ⁊ principaliter pertinet ad id quod mouet ad finem. Unde dicimus architectorem suo imperio mouere ad id quod intendit. Et idē est in omni precipiente aliquid. Uolūtas autem ē que mouet omnes alias vires anime ad finē Et sic pz q̄ intentio est actus voluntatis ꝓprie Est autem ꝓprie ⁊ principaliter intendere ſm. b Tho. i. q̄. q. xij. ar. nū. Intendere finem ꝓut scilicet ordinat motum alicuius vel alterius in finem. Ordinare autem aliquid in finē est actus rōnis tm̄. ⁊ quia bruta rōne carent ideo non ꝓprie dicūtur intendere seu habere intentiōz. Ex large sumendo intendere ſm q̄ id quod mouet ad finem ab alio dicitur intendere finem. sicut natura dicitur intendere finem quasi mota ad suum finem a deo sicut sagitta a sagittante. Et sic bruta intendunt finem incz̄tum mouent̄ instinctu quodam naturali ad aliquid. Nō q̄ considerent quod per motum suum possint ꝓsequi finē quod est ꝓprie intendentis. Sed quasi concupiscentes finem naturali instinctu mouentur ad finem quasi ab alio mota. sicut ⁊ cetera q̄ naturaliter mouentur. Intētō autem ñ solus est vltimi finis. sed ⁊ aliorum finium. Cum enī vltimus finis humanaꝝ volūtatū sit beatitudo ⁊ ꝓpñs vnus finis. Si intētō essz tm̄ vltimi finis. non essent diuerse hominum intentiones. quod patet esse falsum. Pro cuius declaratione dicit beatus Thomas prima scde. q. xij. art. ij. q̄ intentio respicit finem ſm q̄ est terminus motus respectu voluntatis. In motu autez potest accipi terminus dupliciter. Uno modo terminus vltimus in qno quiescit. qui est terminus totius motus. Alio modo medium quod ē principium vnius partis motus ⁊ ſtermin⁹ vel finis alterius. sicut motus de quo itur de a in. c p b. ⁊ c est terminus vltimus. b autez est terminus ñ vltimus. ⁊ vtriusq̄ potest esse intētō Cm̄ ⁊ si intentō semp̄ sit finis. non tamē oportet q̄ semp̄ sit vltimus finis Intentio etiam pōt esse plurium simul. Quod sic declarat. b. Tho. vbi supra. arti. iij Aliqua duo possunt accipi du-

Capitulū Sextum

pliciter vel ordinata ad inuicem vel ad inuicem non ordinata. Et siquidem fuerint ad inuicem ordinata. manifestū est q̄ homo pōt simul plura intēdere. Est enim intētio non solū finis vltimi. sed etiam finis medij vt dcm̄ est. Simul autem intendit aliquis in finem vltim̄ & primuz sicut confectōem medicine. Si aūt accipiantur duo vt nō ordinata ad inuicē. Sic etiam potest homo plura intēdere. Quod p̄z ex hoc q̄ homo vnum alteri p̄elegit quod melius est. Inter alias autem cōditōes quibo vnus aliquid melius est altero est. quia valet ad plura. Unde pōt aliquid p̄elegi alteri. ex eo q̄ valet ad plura. Et sic patet manifeste q̄ homo plura intēdit. Quod aūt Aug. dicit q̄ homo nō potest simul deum & corporale cōmodū intendere. intelligitur vt vltimos fines. quia nō possunt esse homīs plēs vltimi fines. Intentō finis & volūtas eius qđ est ad finem aliquo mō est vnus & idem mot⁹. Aliquo modo non. Quod sic declarat. b. Tho. vbi supra ar. nij. Motus volūtatis in finem. & in id quod est ad finem potest ꝯsiderari dupl̄r. Uno modo ſm q̄ volūtas fertur in vtrūq̄ absolute & ſm se. & sic simpliciter sunt duo mot⁹ volūtatis in vtrūq̄. Alio modo pōt ꝯsiderari ſm q̄ volūtas fertur in id quod est ad finem p̄ter finem. Et sic vnus & idem subiecto motus volūtatis est tendēs in finē & ad id qđ est ad finem. Cum eñ dico volo medicinam p̄ter sanitatē. non designo nisi vnū motum volūtatis. cuius ratio ē quia finis est rō volendi ea que sunt ad finem. Idem autem actus cadit super obiecto & sup rationem obiecti. sicut eadē est visio coloris & lūis & est simile de intellectu qui se absolute considerat principium & ꝯclusionem diuersa erit consideratō vtriusq̄. In hoc autem q̄ cōdusioni p̄ principia assentit est vnus actus intellect⁹ tātū In hoc autem differt ab electiōe quia in q̄ tum motus voluntatis fertur in id quod est ad finez put ordinatur ad finem est electō. Motus autē voluntatis qui fertur in finem put acquirit p ea que sunt ad finem. vocatur intentio. Cuius signum est q̄ intentio finis esse potest etiam nōdum determinatis bis que sunt ad finem q̄z est electō

De intentione .§.i.

loquit. psal. cxviij. docens nos suo exēplo ea rectificare dicēs. Inclinaui cor meum ad faciēdas iustificatōes tuas in eternum p̄ter retributōnē Intentio siquidem vt ait Amb. Operi tuo nomen imponit. Nam cuius finis bonus est. eius quoq̄ opus bonum est. & ecōtra ſm phm̄. Unde saluator ait Lu. xi. Si oculus tuus fuerit simplex totū corpus tuū lucidū erit. Oculus intētio dr qui respicit finē seu ea que sunt ad finē respectu finis Simplex aūt dr cum solum intēdit vltimū finem sine duplicitate vel alia mixtura. et tūc totū corpus. i. ogeries operū iñ sequētiū lucidum est. i. gratiosum. Quatuor aūt requruntur ad hoc vt oculus sit simplex & rectus. i. intentio que notantur in predicto versu p̄s.

Et primū est q̄ ipa intentō sit separata ab arrogatōe. ibi, inclinaui cor meū

Scōm est q̄ sit sequestrata a receptōe ibi ad faciendas iustificatōes tuas.

Tertio q̄ sit immaculata sine mortali infectione ibi in eternum.

Quartū q̄ sit determinata in p̄fecta felicitate. ibi, p̄ter retributōnem

Primo ergo dr intentio ad hoc vt sit recta est separata ab arrogātia vt. s. q̄uis quis operet opa de genere bonor, p̄ter gl'am ꝯsequēdā. nō hoc intendat tanq̄ deus dēat sibi retribuere ipaz gloriam ex debito necessitat⁹ seu ex condigno. q̄z vt ait ap̄s ad Roma. viij. Non sunt ꝯdigne passiones h⁹ tē. ꝛc. nec etiam quecūq̄ actōnes. Et rō huius est. q̄z sicut creatura est ad rutis finite. ita & meritū eius opis. gloria aūt dei est p̄miū infinitum. Finitū aūt non potest per se attingere ad infinitum. Dr ergo quilibet intēdere & credere q̄ principal⁹ deus ex sua largitate dabit sibi gl'am bñfaciēdi. Iuxta illud ad Ro. vi. Gratia dei vita eterna. s. haberur. Gratia aūt gratis dat Hoc autē notat p̄s cum ait. Inclinaui cor meū. i. humiliaui expectās retributōem a dño nō ex opibo iustitie q̄ me facis & ſm suam miam. Dr secundo intētō esse sequestrata a receptōe vt vicz nō faciat ea que de se sunt mala p̄ter aliquez finem apparētē bonū. Hoc eñ cēt decipe seipsuz Nam vt ait ap̄s ad Roma. iij. Non sunt faciēda mala vt eueniāt bona. Dinc & Grego. Qui hac intētōne male accipit vt bñ dispenset grauatur potius q̄ iuuet. i. q. i. non est putāduz. Nō si quis fenus exerceret vt hospitalia & eccias cōsecraret. vel etiā aliena raperet vt pauperibo subueniret seip̄m deciperet. cum nil mereret⁹ z peccatum incurreret. Unde & loth qui obtulit duas filias suas virgines habitatoribo sodomor, ab eis illudēdas ne aburerent⁹ iuuenibo quos ad hospitium recepat. i. angelis qui in forma iuuenū apparuerāt. potius qđ fecit ascribit̄ p̄turbatōni eius ex horroze illius sceleris q̄ rōi vt dist. x nij. quod ait. In quo frequēter offēdū t hoiesꝯmittēdo diuersa peccata. vt liberēt primos a tribulatōnibo vel a peccatis p̄ter hoc dicēda mēdacia. addendo iniuria vel alia mala. Sed vt dicit Augu Cuz ad id venerit homo vt saluti p̄rimi nisi peccando puideri nō possit iam se nō existimet habere quod facit id est quod debeat facere. xxij. q. ij. faciat. Nam ꝯtra ordinem caritatz est sue saluti nocere vt alteri subueniat. Nec est ꝯ hāc sniaz q̄

moyses dñm rogauit vt deleret eũ de libro suo vt populo dimitteret peccatũ idolatrie ꝓmissuz in adoratõe vituli. Exo. xxxij. Non enim sicẽ intelligendũ rancꝫ moyses orauerit se priuari salute ⁊ deleri de libro viuẽtium in glã. hoc enim irrationale fuisset. Sed petijt deleri de libro dei. nõ simplr & ꝙtum ad ꝓsolatões multas quas debebat a dño recipe in pñti, put scriptum in libro dei erat. i. ꝓordinatum. vt ex hoc ꝑplo illi ꝓceretur de tanta offensa. Quod ergo dr ꝙ quicquid agãt hoies intentõ iudicat oẽs. Intelligẽdũ est hoc nõ de bis que mala sunt ꝑm se. sed de bonis seu indifferẽtibꝫ. Cũ dicit ps ad hoc signãdum. Inclinaui cor meũ ad fa. iu. tuas. nõ mala opera sed iustificatões tuas. i. mãdata tua que seruata faciũt hoiem iustum. Tertio intentõ dr eẽ imaculata. i. ꝙ ille qui facit aliquod bonũ ⁊ ꝓpter deum. nõ habeat in se maculã pcti mortalis. quia de operibꝫ hmõi ⁊ si bona intentõne factis retributõem a deo nõ bẽret in supna gloria. Vnde apls dicit. i. Corin. xiij. Si distribuero facultates meas in cibos pauperuz ⁊ tradidero corpus meum ita vt ardeam. s. ꝓpter deũ seu ꝓpter fidem seruandã martirio me exponam. caritatem aũt non habuero nihil mihi ꝓdest. s. ꝙ ad retributõem eternam. Caritas aũt nõ cõpatit secũ maculã alicuius mortalis. Qui ergo est in aliquo peccato mortali. vt odio. luxuria. inuidia. ⁊ hmõi. quãtacũqꝫ supplicia sustineat pia intentõne. s. ꝓpter deum. non tñ inde recipit retributõem gle. Sed aliqua alia bona vt. ꝓspitatez liberationẽ a multis periculis dispositiõem seu mollificatõem cordis ad pñiam. ad minus supplicium in alia vita. ⁊ sic nõ ẽt manet illud bonũ irremuneratũ. Et ad hoc signandum dicit ps. In eternum peccator nõ intẽdit facere iustificationes. i. mãdata in eternum. i. sp. Sed ꝑ tunc qñ facit aliqua de genere bonoꝝ vt ieiunia. elemosinas. orões. ⁊ hmõi intentõe retributõis ⁊ premij. Sed qñ ꝓmittit peccata tũc non inclĩat cor suum ad iustificatões dei. imo ab eis recedit transgrediendo. Cum autem quis est in gratia ⁊ caritate habet intentõem semper seruãdi pceptа dei. Cũ ps. Pulcritudine tua intende. i. ex gratia que est pulcritudo anime intẽtõem tuam dirige. Quarto intentio ad hoc vt sit recta oportet ꝙ respiciat tancꝫ ad vltimũ finem ad retributõem dei. Sed notãdũ ꝙ est triplex ẽtributio a deo. s. tpalitatis. ꝑualitatis. eterne felitatis. De prima dr Isa. i. Omẽs sequuntur retributões. s. tpaliũ. Et Luce. xvij. dicit saluator. Cum facis prandium aut cenam noli vocare amicos ⁊ diuites. ⁊ fit tibi retributõ. s. alicꝰ ꝓmodi tpalis. Qui igitur inclinat cor suum. i. proponit ad faciendum iustificatões dñi. i. ad ꝙãduz mandata. ⁊ ad faciendũ bona ꝓpter hanc ẽtributõnem. vt. s. ꝓsperẽ a deo in tpalibꝫ non habet rectam intẽtõem vnde nec mereꝫ. Sic ⁊ cristus dixit quibusdã nõ recta intentõe eum sequentibus. Queritis me nõ qr vidistis signa sed quia mãducastis ex panibꝫ meis ⁊ saturati estis Jo. vi. Quidã alij aliqua bona faciũt hac intẽtõe vt tpalem gl'am inde ꝓsequantur. de quoꝝ numero fuerunt phariseі. de quibꝫ ꝛps ait. Oia opa sua faciunt vt videanꝫ ab hoibꝫ Mat. xxiij. Sz receperũt mercedem suam dicit ipe mat. vi. De secũda retributõne. s. penalitatis dicit Isa. xlij. ca. Ve impio in malum. Retributio enim manuum suaꝝ. i. opum fiat ei. Et ad hebre. ij. ca. Omis ꝓuaricatio ⁊ inobedia accipit iustam mercedem retributõnis. s. pene. Qui ergo seruat mãdata hac intentõne principaliter ꝓpter retributõnem pene infernalis. s. euitandam. non habet intẽtõnem debitam nec meritorie operat. Oportet ei ꝑm Aug. non solum timere deum iudicez et punitorem peccatoꝝm. sed etiam vt ãrietur ꝙ gloria. de pe. di. vij. Et regula iuris dr. Qui ex rõne facit ꝓceptum. ⁊ si bonum est qđ facit. non tamẽ bñ facit. Sic etiam qui cauent se a peccatis. vel bona aliqua faciũt vt nõ flagellentur a deo. ⁊ si alia intentõne principaliter paruz vel nihil grati sunt deo Sicut achab rex israel qui ex cõminatione helie humiliatus est exterius deferendo scilicium ⁊ ieiunando ad euadendum penam sibi ꝓminatam. iij. Regum. xxi. De tertia retributõe dicit apostolus de veris fidelibꝫ Al domino accipietis retributõem Collo. iij. Et banc esse magnam innuit sapiens dicens Eccles. xij. Inuenies retributõem magnam ⁊ hoc simpliciter. quia in hmõi retributõne continẽtur omia bona. Juxta illud ps. In custodiẽdis illis ẽtributio multa. Et si aliquis intenderet deo seruire ⁊ mandata eius custodire ꝓpter bona glorie. s. diuitias. honores. pacem. securitatẽ. sanitatẽ. sapientiã. gaudium. ⁊ alia hmõi bona qne iusti ꝓmittunt in vltima retributõe. habendo respectuz ad illa principaliter ⁊ nõ ad deum. adhuc nõ esset recta intentio. sed amor mercẽnarius quo suus operatur ꝓpter mercedem principaliter ex labore consequendum. Sed seruiendo principaliter deo bona faciendo ꝓpter ipm consequendum in quo ⁊ ex quo sunt omia predicta bona quoniaz retribuens est dñs vt dicitur Eccles. xxxv. Iste talis habet amorem filialem ⁊ oculum simplicẽ perfecte intentõnis bene in gratia operando. Et ꝓpter hanc intentõem semper meretur ⁊ augeꝫ premium eius. Sic g̃ sit oculus tuꝰ simplex. vt dicere valeas cum ps. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificatões tuas ꝛc̃.

Capitulum septimum. De electõne ꝓut est actus voluntatis.

Capitulum Septimum

Consequēter agē
dum de actibus voluntatis qui sūt
in comparatōne eorū que sunt ad
finem. respectu quorum voluntas dicitur liberū
arbitrium eadem potētia realiter cū voluntate.
sed differens ratione horū primus dicitur elec
tio Quod electio sit actus volūtatis. nō ratio
nis patet per philosophū in .iij. ethicorū qui di
cit q electio est desideriū eorū que sūt ī nobis
desideriū autem est actus voluntatis Sciendū
tamē ꝑm .b. Tho. prima secunde. q. xiij. arti. i. q
electio importat in nomine suo aliquid ꝑtinēs
ad rationem. ⁊ aliquid ꝑtinens ad voluntatem
Dicit enim phūs in .vi. ethicorum q electio est
appetitus ītellectiuus vel appetitus intellectus
Quandocūq autē duo concurrūt ad aliquod
vnum constituendū vnū eorū est vt formale
respectu alterius Unde Grego. nicenus dicit
q electio neq est appetitus ꝑm seipsā neq cōsi
liū solum. sed aliquid ex his compositū. Sicut
enim dicimus animal ex anima ⁊ corpore com
posituz esse Neq vero corpus esse ꝑm seipsum
neq animam solam ꝫ vtrumq ita electionem
Est autē considerādum in actibus anime q ac
tus qui est vnius potentie essentialr vel habit⁹
respicit formam ⁊ speciem a supiori potentia vl
habitu ꝑm q ordinatur inferius a supiori. Si
eī aliquis actū fortitudinis exercet propter dei
amorem. actus quidem ille materialiter ē forti
tudinis. formaliter autem est actus charitatis
Quamuis ergo ratio quodammodo volunta
tem precedat. ⁊ ordinet actum eius inquantū
scilicet voluntas. tendit in obiectum suum ꝑm
ordinem rationis. eo q vis aprehensiua appeti
tiue suum obiectum rep̄sentet. tamē in huius
substātia actus materialiter se habet ad ordinē
qui imponitur a supiori potentia Et ideo elec
tio non est actus ratiois ꝫ voluntatis Perficit
enim electio in motu quodam anīe ad bonum
quod eligitur Et quāuis electio importet quā
dam colla tōnem qua vnum alteri p̄fertur Con
ferre autem sit ratōnis. tamen electio non ē eēn
tialiter ip̄a collatio. sed collatio est precedens ad
electōem ¶ Electō non est brutorum Unde Gre.
nicenus dicit q irrationabilia ⁊ pueri non eli
gunt. Rō huius est ꝑm .b. Tho. vbi supra art. ij
q cum electō sit p̄acceptio vnius respectu alteri
us. necesse est q electō sit erspectu plurium que
eligi possunt. Et ideo in his que sunt penit⁹ de
terminata ad vnū electō non habet locuz Est au
tem dr̄a inter appetitū sensitiuū ⁊ intellectiuuz
seu volūtatē. qr appetitus sensitiuus est determi
natus ad vnū aliquid ꝑticulare ꝑm ordinez na
ture vt ex predictis pz. Volūtas aūt ꝑm ordinez
quidem nature determinata ē ad vnū cōe qd est
bonum sed indeterminate se habet respectu ꝑti
culariū bonorū. Et ideo ꝓprie volūtatis est elige
re. non aūt appetitus sensitiui qui solū ē in bru
tis. ⁊ ideo eorū nō est electō. Quāuis aūt aīalia
appetant aliquid ꝓpter finez vt comedere ꝓpter
viuere. nō tn̄ in eis est electō. qr nō omīs appeti
tus alicuius ꝓpter finē vocat electō sed oꝑtet q
sit cū quadā discretōe vnius ab altero. qd esse n̄
pōt nisi vbi appetitus pot ferri in plura. Itez q
brutū aīal p̄accipit vnū poti⁹ q̄ alterū. vt ouis
vnam herbam ⁊ nō aliā absq electōe mouet in
illud. Sicut etiā ignis absq electiōe mouetur
sursum ⁊ nō deorsum. Statim em̄ q ꝑ sensum
vel imaginatōem repn̄tat bruto aliquid. ad qd
naturalr inclinat eius appetitus absq electōe ī
illud mouet. qd etiā appareāt alique mirabiles
sagacitates in quibusdā aīmalibꝫ vt canibus. a
pibꝫ. ⁊ hmōi. ꝓcedit hoc inq̄tū hn̄t naturalē in
clinatiōem ⁊ instinctū ad quosdam ordinatissi
mos ꝓcessus. vtpote a summa arte dīna ordina
tos. Sicut ⁊ sagitta directe tēdit ad signum ex
motōne sagittātis ac si haberet rōem dirigētem
⁊ ꝓpter hoc dn̄r illa aīalia sagacia ⁊ prudētia. et
nō qr in eis sit rō vel electio.

Electio est §. I.

eorum que sunt ad finē. sicut volūtas est finis.
vt dicit philosophus in .iij. ethicorū. humanorū
actuū et possibilis. Pro h⁹ declaratiōe dicit .b.
Thomas. i. ij. q. xiij. arti. iij. q electio ꝯsequitur
sententiam seu iudicium. quod est sicut conclu
sio silogismi operatiui. Unde illud cadit sub e
lectōne quod se habet vt conclusio in silogismo
operabilium. finis autē in operabilibꝫ se hēt vt
principiū. ⁊ non vt conclusio. vt dicit phūs ī .ij.
phisicorum. Unde finis inq̄tum hmōi non ca
dit sub electōe. Sz ꝯtingit q id qd est in vna o
peratōe vt finis in alia opatōe ordinat ad aliq̄d
vt ad finē. Et hoc mō sub electōne cadit finis si
cut in opatōe medici sanitas se hz vt finis. Un̄
hoc n̄ cadit sub electiōe medici sed hoc p̄suppoīt
tanq̄ principium. Sed sanitas corporis ordīat
ad bonum commune anime. Unde apud eum
qui habet curam de salute anime. potest sub ele
ctione cadere esse sanum vel esse infirmum. Nā
⁊ apl's dicit. Cum infirmor tunc fortior sum et
potens. ij. Cor. xij. Sed vltimus finis nllo mo
do sub electōe cadit. Sicut etiā id qd est princi
pium in vna scientia vel demōstratiōe potest es
se conclusio in altera scientia vel demonstratōe
Sed primū principiū indemōstrabile in nulla
potest scientia esse conclusio ¶ Est etiaz electio
solum respectu humanorū actuum. quia vt dic
philosophus in .iij. ethicorum. Null⁹ eligit ni
si qui extimat fieri per ip̄m. Qd sic declarat .be.
Tho. vbi supra. ar. nij. Sicut intētio ē finis. ita

electio eorum que sunt ad finem. Finis autē vel est actio vel res aliqua. et cum res aliqua fuerit finis. necesse ē q aliqua humana actō interueniat. Vel inq̄tū homo facit rē illā que est finis. sicut medicus facit sanitatē que est finis illius. Vñ facere sanitatem dicitur finis medici. vl inq̄tum homo aliqua vtit vel fruit re que ē finis sicut auaro finis est pecunia vel possessio pecūie Et eodez modo dicēdum est in eo qō est ad finē quia necesse est q illud quod est ad finem vl sit actio vel res aliqua interueniente aliqua actōe per quam facit illud quod est ad finem. vel vtit eo. ¶ sic electō est semper humanoz actuum.

Est enim electō possibilium tantum. Vñ pbūs dicit. iij. ethicorum. Electō non est impossibiliū Huius ratō est fm. b. Tho. vbi supra. arti. v. q2 vt dictum est. Electiones nostre referunt semp ad actōes nostras. Ea autem que per nos agūtur sunt nobis possibilia. Vnde necesse est dicere q electō non sit nisi possibiliū. Similr ratio eligēdi aliquid est vt ex hoc qō ducit ad finē, possimus cōsequi finem. Per id autem qō est ipossibile non potest quis consequi finem. Cuius signum est q cum in cōsiliando q̄uenerint homines ad id quod est impossibile. discedunt quasi non valentes vlterius p̄cedere. Voluntas igit q̄pleta nō est nisi de possibili. Sed volūtas incompleta que dza quibusdā velleitas. potest eē de impossibili. quia. s. vellet illud si esset possibile. Et quia electō nomīat actum volūtatis determinatum ad id quod est huic agēdum. Iō non potest esse de impossibili. Et qō bñdictus dicit i regula. q si p̄latus aliquid p̄cepit impossibile a subdito est temptādum. Hoc ideo dicit. q2 an aliquid sit possibile vel nō. subditus nō dēt suo iudicio diffinire sed in vnoquoq̄ iudicō superioris stare ¶ Electō aūt non est ex necessitate i homine. q2 quod possibile ē nō esse nō necesse ē eē. Huius ratio ex duplici homis potestate accipi pōt. fm. b. Tho. vbi supra arti. vi. Pōt enim homo velle ¶ non velle. potest agere ¶ nō agere. Pt agere ꝺ l illō ¶ velle ꝺ l illō Cui rō ex ipa virtute ratōnis accipit. Quicquid cūm rō potest apprehendere vt bonum. in hoc volūtas tēdere potest. pōt autem ratō apprehendere vt bonum non solum hoc quod est velle aut agere. sed etiam hoc qō si est non velle aut non agere. Et rursus in omnibus pticularibo bonis potest cōsiderare ratōem boni alicuius ¶ defectum alicuius boni qō bēt rōnem mali. Et fm hoc pōt vnumquodq̄ horū bonorum apprehendere vt eligibile aut fugibile Solū aūt perfectū bonum qō est beatitudo. nō potest ratio apprehendere sub rōe mali aut alicui defectus. ¶ ideo ex necessitate homo beatitudiez vult. ¶ non potest velle non esse beatus. aut esse miser. Electō aūt cum non sit de fine sed de bis que sunt ad finem vt dictum est non est perfecti boni quod est beatitudo sed alicuius particularium bonoz. Et ideo homo non ex necessitate ꝺ libere eligit

Circa materiam §. II

electōnis potest induci illud p̄s. Btūs quez, elegisti ¶ assumpsisti inhabitabit in atrijs tuis p̄ lxmj. Signāter autem dicit in singulari. Btūs quē elegisti ꝛc. Nam vt dicit saluator mat. xx. et iterum. xxij. Pauci sunt electi. Nec est contra illam sententiam illud quod Io. dicit de electis Apoca. vij. Vidi turbam magnā quā dinumerare nemo poterat. ex omnibo gentibo stantes ante thronum. Nam electi ¶ si in sepe multitudine a nobis quasi innumerabiles sunt respectu tamen reproborū pauci sunt. Exempli gīa. Extra rius vel saccus arene in se quasi innumerabilis est respectu tamen totius arene marī quid pau cum est. Sic ¶ electi respectu paucoz pauci sūt ¶ illi demum beati. iuxta illud quod dictum est per psal. Btūs quem elegisti ꝛc. Vbi p̄nt notari tres electiones fm deum

¶ Prima ē eternalis ad supernā felicitatē ibi. Beatus quem ꝛc.

¶ Secūda est rationalis ad humanā dignitatez ibi ¶ assumpsisti

¶ Tertia est virtualis p nrām volūtatem. ibi. inhabitabit in atrijs tuis

Prima igitur §. III.

electō ē dei ab eterno. qua vicz elegit ex toto humano genere beatificādos in gl̄a. de qua aplus ad ephe. i. inquit Bñdixit nos deus in bñdictōne spūali. i. plena bñdictōe. in celestibo. i. in gl̄a i xpo. i. p merita xpi sicut elegit nos in ipso ante mōdi p̄stōem. Qui aūt ¶ quot sunt illi electi. solus ille nouit qui eligit. Vñ ¶ in eccie oz̄one dr Soli deo ē cognitus numerus electoz in superna felicitate locādus. nos aūt ¶ si p certitudiem scire ñ possumus. p aliqua tū signa data ab ipso in scriptura cōiecturare valem⁹. Et vt hec signa in nobis expiant. hortat petrus apls in scōa canonica. ca. i. dicens. Satagite vt p bōa opa certam vestram vocatōnē ¶ electiōem faciatis. Hec aūt signa sunt tria que notat sapiēs Eccle. xlv. dicēs. Elegit eum dominus ex omi carne et dedit illi coz ad p̄cepta ¶ legez vite ¶ discipline. Vbi tria nota signa huius electiōis

¶ Primum est abdicatio malaz ¶ electationū ibi. elegit eum dūs

¶ Secūm est obseruatō dinoz p̄ceptoz. ibi. dedit illi coz ad p̄cepta

¶ Tertium ē frequētatō sacroz eloquioruz ibi legem vite ¶ discipline

¶ Quantum ad p̄mum. ꝯuis proprie loquatur

Capitulum Septimum

sapiens de moyse. tñ ꝛ intelligi põt de ꝗlibꝫ alio electo. Unde ꝛ hoc canit eccl'ia de beato Thoma de aquino ꝛ de quibusdaꝫ alijs. ꝛ vult dicere ꝙ quẽ deus eligit extra hic ab omi carne. i. delectatione carnali. delebit inquit dñs ad noe in figuram omnem carnem. Est enĩ multiplex caro scz leonum. vitulorum. porcoꝝ. canum. hoim. ꝛ hmõi Et caro quidẽ leonis est delectatio quam sibi q̃runt superbi in honoribꝫ suis. Caro vitulorum est complacentia quam sibi querũt gulosi in crapulis suis ꝛ ebrietatibꝫ. Caro porcoruꝫ ẽ voluptas lasciuorum quam querũt in immũdicijs suis. Caro hominum est delectatio sensualis quam habent aliqui ad suos ꝓpinquos ꝛ amicos. ꝛ sic de alijs. Debet igitur dominus aquis diluuij iferi/nalis delere omnem carnem. i. omnes in carnalibꝫ vicijs se delectãtes. Et hoc est etiam qđ ait apostolus. Caro ꝛ sanguis regnum dei non cõsequentur. i. Corin. xv. id est delectatões prauas sequentes. Impossibile est enĩ vt ait Hiero. vt pñtibus quis ꝛ futuris fruatur bonis ꝛ de delicijs transeat ad delicias Unde ꝛ saluator ad discipulos electos ad supernam felicitatem ait. Ego elegi vos de mũdo. i. de vicijs ꝛ delectatiõibꝫ mũdi. Et ad ephes. i. apostolus ait. Elegit nos. s. deus vt simus sancti ꝛ puri. Sic fuit electus. b. Tho. a deo extractus de aquis mũdane vanitatiꝫ ꝛ delectatõis velut alter moyses. De quo dicit ad Heb. xi. ꝙ elegit magis affligi cum popl'o dei ꝙm talis peccati habere iocunditatẽ. patet autẽ hoc permaxime in. b. Tho. ex gestis circa puellã ad eum introductam. Quantum ad secũduꝫ Certum est ꝙ electus dei voluntatẽ habet efficacem ad obseruãdum dña mandata. que sunt de actibꝫ virtutuꝫ. Unde psal. ait. Mandata tua elegi. s. ad obseruandum. ad quod tamen necessaria est dña gratia. que ꝛ velle facit ꝛ obſuare ipsa dei mandata. Unde dicitur in dicta autorita/te. dedit. illi. s. deus cor. i. voluntatem ad ꝓcepta. i. obseruanda. Ad efficacem autem voluntatem semper sequitur operatõ si adsit possibilitas Sicut autem illi qui verentur ꝛ multũ diligũt aliquem superiorem seu prelatum. non soluꝫ ꝓcepta facta ab eo sub graui pena sed etiam simplicia monita habent ea vt debita obseruari. sic ꝛ electi dei non solum ꝓcepta legis eius. ꝝ etiaꝫ simplicia documẽta ꝛ cõsilia conantur seruare sibi pñt. Et ita bona inchoãt vt ad perfectiora vlteriꝰ se extendant. Unde Gre. sup Ezechielẽ. Electi quicꝫ sic ad bona tendunt vt ad mala perpetranda non redeant. Sed vsqꝫ ad finem vite in virtute pficiãt. de pe. di. ij. Non reuertebantur Sicut moyses seruauit mãdata. sic. b. Thomas a puericia sua dña cepit seruare mandata. nũqꝫ eoꝝ aliqđ transgrediẽdo. quia nunqꝫ comuniſit mortale peccatũ. ꝛ amplectẽs dña etiam consilia per ingressum religionis semp. pfecit vt patet in legenda. Quantuꝫ ad tertium nota ꝙ quem deus eligit infundit sibi magnũ effectuꝫ circa dña eloquia. Unde i ꝓ qui sapientia eterna est dicit. Magisqꝫ aurum ꝛ argẽtum sapiam eligite puer. viij. Sapiẽtia ꝓcipue dr scriptura sacra ꝑm Tho. in prima pte. q. i. quia plenꝰ ꝛ verius docet de dñis qꝫ quecũqꝫ alie doctrine Dicit ergo sapiens ꝙ dedit illi legem vite ꝛ discipline. s. ad intelligẽdũ ꝛ docendũ. Et dr lex vita. qa vitam cõfert ai̇me obseruãtis. Nõ solum enĩ illuminat intellectum diuina eloquia. ꝝ etiã accẽdũt affectũ. Nũquid nõ verba mea sunt quasi ignis dicit dñs per Hieremiã quasi di. vtiqꝫ qz ꝛcendũt ad dilectõem ai̇me. Uñ dr Sap. vij. Infinitus thesaurus est hoibꝫ sapiẽtia. quo qui vsi sunt. participes facti sunt amicicie dei. Sicut ãt moyses fuit eruditus in omi sciẽtia egiptiorũ ꝛ caldeorum Actuum. vi. ꝛ maxime in diuina sapientia. Sic. b. Thomas eruditus fuit in scia tã seculari qꝫ diuina. ꝛ permaxie in thxologia. quaꝫ ꝛ magno studio ꝛ oratõnis suffragio acquisiuit vt patet in legenda

Secundũ genus. §. IIII

electõnis ꝑm deũ existens est ad humanam dignitatem. quãdo est rationabiliter factuꝫ que notari potest in ea quod dicit psal. Et assumpsisti. Assumi dicit cõmuni locutõe. qui ad altius aliquid sumitur cõmuni statu. Unde aplus. ad hebre. v. Omnis pontifex ex hominibꝫ assumptus scz est Et cum paulum ꝛ barnabam domin⁹ elegit ad predicandũ gentibus. quod est officiuꝫ ꝓsidentium dixit. Segregate mihi paulum ꝛ barnabam in opus ad quod assumpsi eos Actuum xiij. Et homines quidem errare pñt in eligendo seu assumendo indignũ. sed deus errare non potest. Et ideo beatus quẽ elegisti ꝛ assumpsisti Et non solum beatus est qui assumitur a deo in ꝓlationem rõnabiliter exercens eam. sed ꝛ beatissimus super alios. Unde Aug. Nihil difficilius est episcopi vel pbri vel diaconi dignitate. Sed apud deum nichil beatius si eo modo militetur quo imperator noster iussit. distin. xl. ante omia Ad hoc autem vt electio sit rationalis tria requiruutur.

Primũ est ꝙ fiat sine precedẽti ambitõe
Scõm ꝙ fiat ꝛcurrẽti assumpti dispõne
Tertiũ ꝙ fiat ꝛcurrẽti regulari ꝛsensione

Quantum ad primum dr beatus electus ſi quis se ingerit ad dignitatem. sed qui assumit a deo t hominibus. Et enim leo papa dicit. Principatus quem metus extorsit aut ambitus occupauit. etiam si moribꝫ aut actibꝫ suis non offendit ꝑius tamen initij sui est pernitiosus exemplo. i q. i. ꝛ Crisost. Qui desideraverit principatũ in

terra inueniet ꝓfusionem in celo. Sicut dñs elegit seruũ suum Dauid in regẽ qui nõ querebat neꝯ cogitabat de regimine. sed oues custodiebat in deserto. Non autem elegit aliquẽ alium ex septẽ fratribꝫ eius de quibꝫ ꝑm apparẽtiã videbat samuelis. hystoriã vide. i. Regum. xvi

Ecõm quod requiritꝰ est congrua dispositõ eligendi seu assumẽdi. in etate vicꝫ ꝙuenienti ꝑm canones. sciẽtia cõpetenti et vita decẽti. vt extra de ele. cum in cũctis. Sic dñs iesus elegit ꝓios rectores ⁊ pastores non pueros. quos sapientia sua doctissimos fecit. ⁊ sanctitate perfectissimos dicens eis. Ego vos elegi vt eatis ⁊ fructum afferatis. s. conuersionis animarum. Hinc et Simachus papa. Vilissimus ꝙputãdus est. si sanctitate ⁊ sciẽtia non ꝓcellat. qui est honore prestantior. i. q. i. vilissimus Quãtum ad tertiuꝫ vt. s. rõnabiliter fiat electõ ad dignitatem. reqritur ꝙsensus eligẽtium oĩm. vel maioris ptꝫ qui remota omi affectõne persone ⁊ munere pecũie ⁊ õne. eligere dẽnt quem creditꝫ magis ꝓficere. Unde moyses principatũ suum nõ dimisit filijs siue ꝙsanguineis sed extraneis de alia tribu scz iesu naue. Sed nũc vt ait Hiero. plurimi q̃runt colũnas in eccĩa eligere. non quos plus cognoscunt eccĩe ꝓdesse. Sed quos vel ipi amant vel quoꝝ sunt obsequijs delinitiꝰ vel ꝑ quibꝫ maiorum quispiam rogauerit. Et ut deteriora taceam. qui vt clerici fierẽt muneribꝫ impetraueñt. vij. q. i. moyses. Et ideo in huiusmõi electiõibꝫ premitti dꝫ oratõ. vt fecerunt apostoli in electõe mathie dicẽtes. Tu dñe qui corda omniuꝫ nosti. ostende quem de bis duobꝫ elegeris Actuuꝫ. i. Sic. b Tho. ad dignitatẽ magisterij assumptꝰ fuit. non hoc quereus. sed coactus obediẽtia. vt patet ex legenda.

Tertia electio .ꝟ.

est ducẽs ad beatitudinẽ que fit virtualiter per nrãm volũtatem. quod notatꝰ ibi. Inhabitabit in atrijs tuis. Non dicit ponetꝰ vel ligabitꝰ sed inhabitabit. i. volũtarie stabit in atrijs tuis. Atria erant porticus seu claustra circa templum per q̃ accedebatꝰ ad ipm. ⁊ significant habitaclã seu cõditiones virtutum per quas ꝙz accessus ad templum militãtis ⁊ triumphantis eccĩe. Nullus autem cogitꝰ ad ꝟtutes ꝑ electõe ꝓprie volũtatis in eas ingreditꝰ ⁊ inhabitat quis. Vñ Am. Voluntariũ sibi militem elegit ꝙps. Volũtariũ sibi fuũ diabolus actionatꝰ. xv. q. i. nõ ẽ. Sunt aũt ꝑcipua tria dñi atria. in qbꝫ volũtas electoꝝ elegit inhãtare. Primũ est sui humiliatõ. scõm est dei ꝓtẽplatõ. tertium ẽ aduersi toleratio. De primo dicit ps. in ꝑsona cuiuslibet electi. Elegi abiectus esse in domo dei. i. despectus ⁊ ꝓtẽptus vñ ⁊ quasi declarans dixit michol vxori sue. Ui hoꝝ fiam plusq̃ factus sum ⁊ humilis ero. ꝟ. regum. vi. Ut enim dicit Gre. Euidentissimũ signum electoꝝ ẽ humilitas. sicut reproboꝝ superbia. De humilitate. b. Tho. hẽs qñ associauit illum ꝑ curatorẽ extra ꝑ negotijs ꝙuentus ⁊ in occultatõe sue scie. vt patet in legẽda Tecũdũ atriũ in quo elegit volũtas sancti inhãtare ẽ cõtemplatõ. Hic eñ repit magnã quietẽ ⁊ gustuꝫ suauẽ dei. Vñ saluatoꝝ de hac loquẽs ait. Maria. s. magdalena optimã ptẽ elegit que nõ auferẽtur ab ea Lu. x. Hic eñ icipit vita ꝙtẽplatiua nec deficit in alia vita vt actĩa ꝑficit. Ad hanc tñ non est idoneus nisi bñ purgatus a passiõibꝫ Vñ in figurã dꝰ Exo. xix. Bestia q̃ tetigerit mõtẽ. s. ꝓtẽplatõis lapidabitur. lapidibus. scz errorum. ⁊ fantasiarũ irrationabiliũ. Bestia signat hoĩem passionatũ ⁊ rudem. Permaxime hoc atrium inhabitauit. be. Tho. qui ꝙtidiẽ rapiebatur in extasi. vt ꝑz quando crucifixus ei locutus est neapolim ⁊ alibi Tertiũ atrium ẽ toleratio aduersoꝝ. Eligunt enim sancti ꝓposito voluntatis sustinere omia aduersa patienter. Vñ de sanctis illis machabeis dicitur ꝙ elegerũt magis mori q̃ cibis inquinari immũdis. ⁊ valuerũt infringere legẽ dei. i. macha. i. vt. s. e uaderẽt mortem sustinẽtes fortiter cruciatus. Sed et dꝰ vt dicit Greg. ab electis suis tpali afflictõe maculas peccatoꝝ curat tergere. quas in eis in eñuꝫ non vult videre. de pe. di. i. si peccatuꝫ. Hoc igit̃ considerãtes electi eligunt sponte ⁊ aliqñ desiderant pati aduersa. Sic ⁊ b. Tho. patienter portauit molestias ꝛc. Et si parim ꝙpter iusticiã beati. Beatus ergo quẽ elegisti ꝛc.

De consilio. Caplm octauum

De consilio quod

precedit electiõeꝫ quid sit. de quo dꝰ Eccle. xxxij. Omnia fac cum ꝙsilio. s. rõnis. Vbi sciẽdum ꝙ cõsilium est quedam mentis inquisitõ Prout cius declaratione dicit beatus Thomas. i. q. qst. xiij. arti. i. ꝙ electõ vt dictum est consequit iudicium rõnis de rebꝫ agendis. In rebus autem agendis multa incertitudo inueniꝰ. q: actiõnes sunt circa cõtingentia singularia que ꝓpter sui variabilitatem incerta sunt In rebꝫ autem dubijs ⁊ incertis rõ non ꝓfert iudicium seu sentẽtiam absq̃ precedẽti inquisitõne. ⁊ ideo necessaria est inquisitõ rationis ante iudicium de eligẽdis. Et huiusmodi inquisitio consilium vocatꝰ Propter quod philosophus dicit in. iij. ethico. ꝙ electõ est appetitus preconsiliati Pertinet autem consilium non solum ad rõem. sed etiã ad voluntatem sicut ⁊ electõ etiam. Nam in actu volũtatis qui est electõ apparet aliquid rõis scz ordo. Et in consilio ꝙd est actus rationis. apparet

Capitulū Octauum

aliquid volūtatis sicut materia. Et consiliuz est de his que homo vult facere. Et ētiā sicut motiuū Et ex hoc q homo vult finē mouet ad ꝯsiliādū ō his que sunt ad finē. Et iō sicut pbs dicit in 3o ethi. q electō est itellect⁹ appetitiu⁹ vt ad electōz vtrūq; ꝯcurrere oīdat. Vnde dama. dicit q cōsilium est appetitus inquisitiu⁹ vt ꝯsiliū aliq; modo ptinere oīdat ad volūtatē circa quam. Et ex q sit inquisitō. Et ad ratōnem inquirentem. Cum autem dicit apostolus ad Ephe. i. de deo q operatur omnia ꝑm ꝯsilium volūtatis sue. Sciendū ꝑm Tho. vbi supra. q cum in nobis ex inquisitione que ꝺz ꝯsiliuz ꝓueniat certitudo iudicij seu scie. ꝯsiliū inq̄tum attribuit deo importat solū certitudinē scie. Et iudicij. nō aūt inquisitiōz que fit per discursum. Et ꝑm hoc dicit dama. q deus est nō ꝯsiliat. Ignorātis em̄ ē consiliari qō i nobis est nō in deo. Quāuis aūt virgines et bē. sint bona certa. Et ñ dubia. Certa quidez sunt ꝑm scīam sapientū. Et spūalium virorz. Sed incerta sunt ꝑm sensum carnaliū bōm. Et pluriū. Et iō nō incongrue de his dant ꝯsilia Juxta illud. i. Cor. in. vij. De virginibz ꝓceptum dñi non hē. consilium autem do.

Consiliū de quibus. §. I

rebz sit. Ubi no. q ꝑm. b. Tho. vbi supra. arti. ij. Consiliū est tantum de his que sunt ad finem vt dicit gre. nicenus. Cuius rō est. Quia finis i opabilibz hz rōem principij. eo q rōnes eorum que sunt ad finem ex fine sumunt. Principium aūt non cadit sub questione seu inquisitōne. sed principia oportet ꝓsupponere in omni inquisitione. Cū cū ꝯsiliū sit questio seu inquisitō. De fine nō est ꝯsiliū sed solū de his que sunt ad finem. Cōtingit tñ id qō est finis respectu q̄rundam operatōnū. ordiari ad aliū finē. Et sic de hmōi oportet esse cōsilium. qz tunc se habent vt id qō est ad finem. Est etiā ꝯsilium de his que sunt in nobis. Et que per nos fieri pñt. vt dicit Gre. nicenus. Nam si de factis alioz ꝯsiliū querim⁹. hoc est inquātum reputant vnum nobiscum. vel p vnionē affectus. sicut in factis amicoz consiliamur. vel per modū instrumēti. Nā agēs instrumentale. Et principale sunt quasi vna causa. cum vnum agat per alterū. Et sicut dñs consiliat ō his que sunt agenda per seruū ꝑm Tho. vbi supra.

¶ Pro maiori declaratōe sciendū q cōsiliuz ꝓprie importat collatōem inter plures habitā. nō tñ quorūcūq; quia non vniuersalium. Et necessariorz. sed de rebz agendis quod etiam ipm nomē designat. Dicit enim cōsilium quasi cōsidium. eo q multi considēt ad simul conferendū. Est autem considerandū q in ꝓticularibz ꝓtingēribus ad hoc q aliquid certum cognoscat. plēs cōditōnes seu circumstantias considerare oportet quas ab vno non est facile considerare sed a plibus certius reperiuntur. Unde quod vnus cōsiderat alij non occurrit. Jn necessarijs. Et vniuersalibz non sic. sed per se vnus sufficere pōt. Appetitur autem cognitio veritatis in hmōi. nō q per se habeat aliquod magnum vt cognitō vniuersaliū. Et necessariorz. sed appetitur ꝑm q est vtilis ad operatōes. quia actōnes sunt circa contingentia. Et ideo ꝓprie consilium est de his que aguntur a nobis. Fit etiaz cōsultatō de futuris euētibz qui non sunt in nostra potestate. Sed hoc est inq̄tum per futuros euentus cognitos homo dirigitur ad aliquid faciendum. vel vitandum. Et sic consilium est non soluz de his que aguntur sed etiam de his que ordinantur ad operatōes. ¶ De his autem duobz q̄uis agant a nobis non dicitur esse consilium q̄uis ordinētur ad finem. vt dicit pbūs. s. ō rebus quis que parum iuuant vel impediunt. quod autem parz est quasi nihil accipit ratio. Secundum est ō q̄ non consiliamur. Ea que determinata sunt q̄liter fieri debeāt. sicut est in operibz artiuz que habent certas vias operandi. sicut scriptor nō consiliatur quomodo literas traḧere debeat. Jn operibz ergo artium non est consilium ꝓtereq; in operibz artium que sunt coniecturales. vt dicit Greg. nicenus vtputa negociatiua. Et medicinalis. Quāuis autem electio sit de omnibus his que aguntur per nos. Et electio ꝓsupponat cōsilium. hoc ñ est nisi rōne iudicij. Et scie. q ꝓsupponatur cōsilium in electōe. Unde q̄ndo iudicium vel sententia manifesta est absq; inquisitione non requiritur consilij inquisitio. Jn rebus, ei manifestz rō ñ inquirit. ß statim iudicat.

Jn consilio §. II.

quomodo ꝓcedatur. Ubi sciendum q vt dicit philosopbus in. iij. ethicorum. Ille qui cōsiliat videtur querere. Et resoluere. Et sic ꝓceditur modo resolutorio. Quod sic declarat beatus Thomas vbi supra arti. v. Jn omni inquisitōe oportet incipere ab aliquo principio. quod quidez si sicut est primum in cognitōne. ita etiam sit prius in esse. non est ꝓcessus resolutorius ß magis cōpositiuus. Nam cause sunt simpliciores effectibz Si autem id quod est primum in cognitōne sit posterius in esse. est ꝓcessus resolutorius. vtpote de effectibz manifestis iudicamus resoluēdo in causas simplices. Principium autem in ꝯinquisitione consilij est finis. qui quidem est prior in intentione. posterior tamen in esse. Et ꝑm hoc oportet q inquisitio consilij sit resolutoria. incipiendo. s. ab eo qō in futuro intenditur quousq; ꝓueniatur ad id quod statim agēdum ē. Et q̄uis consilium sit de his que aguntur a nobis. Et operatōes nostre non ꝓcedant modo resoluto-

rio.sed magis compositiuo scilicet ō simplicib⁹ ad composita.tamen ratio operationū accipitur ex fine.Et hinc est q ordo ratiocinādi de opationib⁹ est contrarius ordini operandi. In ipsa autem inquisitōne consilij non est ꝓcessus ī infinitum Sed ipa inquisitō consilij est actu finita ex duplici pte.s.ex parte principij ⁊ ex parte termini. Accipitur aūt in inquisitōe cōsilij duplex principium.Unum proprium ex ipo genere operabilium.Et hoc est finis.de quo non est consilium vt dictum est sed supponitur in consilio vt principium aliud quasi ex alio genere assumptum. Huiusmodi autem principia que in inquisitōne consilij supponunt sunt quecūq per sensum accepta sunt vtpote q hoc sit panis vel ferrum.Et quecūq sunt per aliquam scientiaz speculatiuam vel practicam in vniuersali cognita.Sicut q medicari est ꝓhibituz a deo ⁊ q homo non potest viuere nisi nutriatur conuenēti nutrimento.et de his non inquirit consiliator. Terminus autem inquisitōnis est id quod statim est in potestate nostra vt faciamus.Sic em finis habet ratōnem principij. ita id quod agit ꝓpter finem habet rationem conclusionis. Unde id quod primo agendum occurrit habet ratōnem vltime conclusionis ad quam inquisitō terminatur. Nihil autem ꝓhibet consilium potentia infinitum esse fm q in infinitum posunt aliqua occurrere consilio inquirenda.Et licet in singularib⁹ contingentib⁹ non possit aliqd certū accipi simpliciter.tamē vt nunc ꝓut assumitur in operatōne potest accipi vt certum De consilio loquens ꝑal.ait. Deus glorificatus est ī cōsilio sanctorum.Sancti ex consilijs que sibi assumunt ⁊ aliis tribuunt ostendunt magnaz sapientiam ⁊ prudentiam.cum ex eis multis obuient malis.⁊ magna bona ꝓcurent.⁊ cum hāc sapientiam ⁊ prudentiam ex se non habeant sed a deo.inde glorificatur deus ab hominib⁹ magnificatur ⁊ exultatur ex ipo consilio sanctorum. Quod patet per exempla. Nam sanct⁹ Joseph ꝓnūciata fertilitate septē annoz fructuū terre.⁊ exinde maxima sterilitate septem alioruz annoz fm somniū pharaonis quoz ꝓsagiū ꝓsiliuz dedit ipi regi pharaoni.vt in ānis fertilitatis repone ret uaximam quātitatē frumēti ad puidendum sterilitati seu penurie venture vt hī Gen. xli. Quo facto mirabiliter glorificatus ē deus ex ꝓsilio ⁊ puidētia sancti illius. Sic scūs Daniel prius3 declarauit regi nabuchodonosor terribilem sniam ei imminētem fm somniū eius dixit Placeat tibi o rex ꝓsiliū meū ⁊ peccata tua elēosinis redime. Dan.nij. Quib⁹ pactis dilata est sntia p annū quā postea incurrit p superbiaz. Ex ex ꝓsilio ⁊ oratōne daniel ifra tps statutū sue mutatōis in aīal brutū fm apparētiā reducebat ali

qñ ad sensum ꝓprium.⁊ deflens peccatū suum reuertēs ad statū pristinum repositus est ī regno suo.⁊ inde glificatus est deus ex cōsilio ⁊ adiutorio danielis. Sic ⁊ scūs nathan ꝓphēta.ij.Reg.i.Consulens bersabee vt postularet a dauid regnū p filio suo salomone. ne adonias ipum regnum vsurparet cū ꝓsilio cōplicū suoz Quato cōsilio a dauid regnum filio obtinuit.destructo ꝓsilio ⁊ coniuratōne adonie cum suis.Et sic glorificatus est deus. Significat autem bersabee ecclesiam vxorē dauid.i.xpi que edocta a spūsancto ⁊ cōsilio eius directa.postulat a xpo regnum eternum.p vero filio suo quolibet.s.iusto timēs ne ei auferatur ab adonia.id est a diabolo cū satellitib⁹ suis.quo obtento glorificat deus in cōsilio sanctorum.destruens per eum ꝓsilia malignoruz sicut destruxit per Chusi amicum Dauid consiliū achitophel quod erat contra bonum populi.qui achitophel erat tāte reputatōis ī cōsilijs q omnes homīes ad eum recurrerēt sicut ad deum.ij.Reg.xvi.Et hoc in figuraz ad significandum q consilia principum tirannoz philosophoruz ⁊ demonū.ex quib⁹ intendebāt populum dei subuertere. Visitauit deus p amicos suos.s.apostoloruz.martirum.⁊ doctoruū. Juxta illud Job.xij. Adducit.s. deus cōsiliarios in stultū finem. Sic ⁊ phariseoz qui abire ⁊ consilium fecerūt cum saduceis vt caperent eum in sermone.s.iesum confusi sunt ⁊ deus glorificat⁹ est. Mat.xxij.

Est autē sciēdum .§.iii

q triplex est genus consilij

Primum est consilium internale. quod ds sibi ipi infert.

Secundum est consilium particulare.quod quis alteri affert.

Tertiū est ꝓsilium generale.qđ quis cōmūitati confert.

Consiliū primū.s.internale est qđ quis facit in semetipo.cum.viz aliquid occurrit agēdum dubiū. inuestigat rō si illud ē bonū vel malū.et si bonū quib⁹ medijs sit vtendū.adducendo diuersa exēpla in se.quib⁹ possit illud iudicari bonuz vel malū.Et de hoc dicitur sine ꝓsilio nihil facias.⁊ post factū nō penitebis Eccle.xxxij. Qđ intelligit venerabilis cassianus de ꝓsilio interiori.Et salomō ꝓuer.xij.ait. Astut⁹.i. prudēs oīa facit cuz ꝓsilio ⁊ intelligit oīa.s.que sunt dubia vbi ꝓsiliū exigit. Nā de certis ⁊ necessarijs simpliciter vel ex suppositōe alicuius finis nō oportet ꝓsiliari.quia tatō absq inquisitōe que prius ad cōsilium.subito iudicat illud agendum. Nō ei oportet eū qui vult viuere ꝓsiliari.sed doz comedere.q hoc necessariū est ⁊ certū. Et similiter qui vult saluari non oportet consiliari de obseruan

nie incedens cum eis ⁊ lugens dixit. Uenite ad
Godoliā dūz terre quē scz Nabuchodonosoꝛ p/
fecerat reliquijs iudeoꝝ qui remanserant in hie/
rusalem. Et cū venisset cū eis ad mediū ciuitatis.
occidit omnes. decem exceptis qui dixerunt. ne oc
cidas nos. ⁊ oīdamus tibi thesauros frumenti ⁊
mellis absconditos in agro. quo dicto nō occidit
Significant hi exercentes se in actione decem p/
ceptoꝝ ⁊ loco beatitudinū. Componit enī octoge
narius numerus ex decem octies multiplicato.
Barbam radere est sibi viriliratem bonoꝝ operū
non ascribere sed deo. Uestes scindere est coꝛpoꝛa
abstinentijs macerare. Thus ⁊ munera deferre.
est oīonem ⁊ alia pietatis opera facere. Sed ista
agenda in ꝓsecutione opeꝝ ipoꝝ. Ismahel. i. dya
bolus occurrit insligās eos ad ꝓsequendū talia
opa ⁊ ꝓpaſſiōe q̄i volēs eos dirigere ad dūm tre
s. deū. p. ꝓsecutionē ipoꝝ bonoꝝ opeꝝ. ad quā so/
licitat vt decipiant sed in medio cautaris occidit.
dū ad aliquā indiscretionem vel vitiuꝝ mixtum
aut defectū ne cessarie alicui⁹ circūstantie inducti
ꝓ quod vita gre priuant. Decē ꝛo euadūt hōtes
thesauros absconditos in agro cordis. cū ꝓposito
obseruatōis decē ꝓceptoꝝ. morte eternā euadunt
Q; si vincere ⁊ decipere nō ꝓt in ꝓsecutione. in
fine opis ponit insidias. vt scz inde hō superbiat
vel aliud malū faciat. Et ad hoc facit illud geñ. iij
Tu insidiaberi calcaneo eius scz mulieris. i. ami
me. Calcaneus q̄ est finis coꝛpis signat finē opis

Decunduz prin .ℊ.IIII

cipale quod est videndū circa temptatōes dyabo
li. est varietas modoꝝ. Ponit autem Bernū.
septem genera temptationū. figurata ꝓ septez
capita draconis insidiantis partui mulieris sole
amicta. i. ecclesie seu anīe virtuose, vt habet apoc.
xii. Et prima temptatō dicit⁹ importuna. quia scz
diabolus continue ⁊ frequenter ad malum insti/
gat infra vires tamen temptari. Unde gregoꝛi.
dicit, q diabolus frequenter temptat. vt hominē
saltem tedio vincat. quod tamez deus ꝑmittit ne
homines ignauia coꝛpeāt. In cuius figuram di/
cit Judicum. ii. Has gentes nō delenit deus. vt
erudiret israel i eis. Et loquit de finitimis natio
nib⁹ cananeoꝝ Jebuseis ⁊ alijs. Ulū ⁊ de quodā
sancto legitur in vitas patrum, q temptatus fuit
per septuaginta annos a spiritu fornicationis.
Secūda temptatio dicitur dubia. qua animus
vel mens temptari dubitatione inuoluitur circa
aliquid fiendum. Et temptatōe hac videt pulsari
⁊ dejectus Moyses ad aquas, cōtradictionis qñ
dixit populo. Audite rebelles ⁊ increduli. Num
quid de petra hac poterimus aquam ejicere? qñ
dubitans de miraculo. s. exitus aquaruꝝ de petra
quod dūs ꝓmiserat. attendens ad malicia illius
populi ⁊ min⁹ ad dei clemēnā. vt habet Nume.
xx. Tertia dicitur subita. qua mens vel ratio
deliberare non pōt, ꝓpter improuisionē tempis.
Hac temptatōe videtur pulsatus Aaron. quādo
petente populo iudeoꝝ vt faceret eis deos quos
adorent. cū iam Hur ꝑputris interfecissent. quia
eis ꝓtradicebat. vt dicit hebrei. timēs ne ꝓtradi
cendo nō solū eum occiderent. Q etiā in egypto re
uerterent. insubito toꝛques aureas ⁊ anulos de
mulieres poꝛtabant in auribus posuerunt. Forte
credēs, q ex auaricia ei dare non vellent. Excepi
tū ꝓiecit in ignez. ex quibus cōflatus est vitulus
aureus forte opere dyaboli. quem populus adora
uit. vt habetur Exodi. xxxii. Exemplum etiam de
Loth. qui insubito voluit filias suas exponere li/
bidini sodomitarum ne hospites scilz ꝛuperboc

Capitulū XIII.

molestarent Gen̄. xix. ⁊ de hoc. xvij. di. qđ ait. Quarta ꝺr occulta qua rō deliberare nō pōt pro/pter absconsionē rei q̄lis fuit temptatio discipu/lorū q̄s ꝓtendebant q̄s eoꝝ cēt maior Lu. ix. Vel q̄s Jacobus ⁊ ioannes petebant a xp̄o vt facere possent ignē descendere de celo ad cōburenduz sa/maritanos. qui xp̄m cū discipulis hospicio nole/bant recipe Luc. ix. zelo putantes moueri qui nō verus zelus non erat. Quīta ꝺr violenta qua mens ꝓpter quandā violentiā conducit ad q̄ cō/sum. Et hac deuictus petr⁹ vt mortē vitaret xp̄m negauit Mat. xxvi. Hac etiā instigata Susanna vt assentiret senibꝰ in actū turpem viriliter resti/tit Dañ. penul. Sexta ꝺr perplexa que varijs vicijs animū impedit. ⁊ cū alterū illoꝝ malorum necesse videat fiendū ꝓpter diuersas rōes. nescit qđ minus sit malū. Hac temptatiōe pmotus iep/the vt votū ꝟuaret qđ dño fecerat ꝓ hostiū bōda victoria, vt primus ſ. occurrens sibi de domo sua aial reuertenti de prelio dño imolaret. occurren/tem filiā vnicā in sacrificiū obtulit. Septima vicit fraudulentia. qua mens ꝓ quandā dolosam extimationē seducit ⁊ consentit sub specie alicuī⁹ boni. Et sic satbanas transfigurat se in angelum lucis. ut dicit apls. Hac fuit seductus vir dei q̄ missus a iudea ad increpandū ieroboam de ido/latria ⁊ ꝓhibitus a deo ne ibi comederet, ſ. in sa/maria. inuitatus a quodā alio ꝓphēta et pre dñi ad comedenduz, mendaciose tū loquens assentit ibi comedendo ꝓpter quā transgressionez in via strangulatus est, vt habetur iij. Reg. xiij. Et q̄uis Gratianus dicat. xxv. q. i. §. qđ aūt error persone. Q⁹ nō est piculosus error cuz diabolus se transfi/gurat in angelū lucis si credit bonus cum bonuz se simulat. Unde si quis simpliciter interrogat⁹ tunc ab eo si vellet in eius consoꝛtium transire. Rūderet q̄ sic, nō tū ex hoc intelligeret ꝺ sensisse in consortium dānationis. Tamen q̄ talis ado/raret eum ⁊ assentiret locutioni sue false non excu/saretur a peccato mortali ſm Alexandrū in sum/ma. q⁹ nō debet quis esse facilis ad adorandū vel ad credenduz hmōi nisi bene certificatus. Et cre/dendum est q̄ in hmōi debite se habendo ⁊ humi/liter. deus nō ꝓmitteret decipi si apponeret oēm diligentiā quā deberet. q⁹ deus reuelaret, vel ꝓ se cognosceret. sicut legimus de beato Martino. Et ꝓ hunc etiā modū. ſ. q̄ fraudulentiā. hoc est ostē/sionem miraculoꝝ ꝫ falsoꝝ terribiliter tēpta/bit tpe antichristi, ita vt in errorez inducantur si fieri potest etiam electi. vt dicit xp̄s Math. xxiiij. Et apls inquit q̄ aduentus eius. ſ. antixp̄i est in omnibus signis ⁊ prodigijs mendacibus. Et ꝓ huius declaratione sciendū ſm Tho. in prima p/te. q. cxiij. arti. iij. q⁹ si miraculū proprie accipia/tur demones miracula facere non pōt nec aliqua creatura ꝫ solus deus. q⁹ miraculū ꝓprie dicitur qđ fit preter ordinem totius nature create. Sed q̄cūq̄ miraculum dicit large qđ excedit humanā facultatem ⁊ considerationez, ⁊ sic demones pōt facere miracula que sez homines mirant in quātū eo/rū facultatē ⁊ conditionē excedūt. Ubi notan/dum est q̄ omnes transmutatiōes corpalium rer⁹ que fieri possunt ꝓ aliquas virtutes naturales seminum rerum ad quas ptinent predicta semi/na possunt fieri ꝓ operationem demonum hmōi se/minibus hic adhibitis. Dicit cū alique res trās/mutantur in serpentes ⁊ ranas que ꝓ putrefacti/onem generari pōt. Ille vero transmutationes que fieri non pōt virtute nature. nullo mō opera/tione demonū ſm rei veritatem perfici pōt, sicut q̄ corpus humanū vertatur in brutale aīal. vel q̄ mortuus suscitetur. Et si aliqū aliquid tale o/peratione demonū fieri videatur. hoc non est ſm rei veritatem sed ſm apparentiam tantū. Quod quidem dupliciter pōt contingere. Uno mō ab interiori ſm q̄ demon potest immutare fantasiaz hominis ⁊ sensus corporeos. vt aliquid videatur aliter q̄z sit, ⁊ hoc etiam interdum fieri dicit vir/tute aliquarū rerū naturalium. Alio mō ab exte/riori. Cum enim diabolus possit formare corpus ex aere spissato cuiuscūq̄ forme ⁊ figure. vt illud assumens in eo visibiliter appareat. potest eadem rōe circūponere cuicūq̄ rei corporee. quācūq̄ for/mam corpoream. vt in eius specie videat. Et hoc est qđ Augu. ait in. xviij. de ciui. dei. ſ. q̄ fantasti/cum hominis qđ etiam cogitando siue somnian/do ꝓ rerū innumerabiliū genera variatur. velut corporatum in alicuī⁹ animalis effigie sensibꝰ ap/pareat alienis. Qđ ſm be. Tho. non sic est intelli/genduz q̄ vis ipa fantastica hois aut species ei⁹ eadem numero incorporata alterius sensibꝰ ostē/datur. Sed q⁹ demon qui in fantasia vnius for/mat aliquā speciem. ipe etiā potest silem speciem alterius sensibus offerre. Exempla habes de his de Samuele ficte suscitato seu demone apparen/te. Sauli in forma samuelis ad inuocationē phi/tonisse ⁊ socijs vlixis in bestijs mutatis. vt habe/tur xxvi. q. v. Nec mirū. Per hec autē falsa miracula temptat diabolus intendendo homines ducere in er/rorem. ⁊ credulitatem alicuius falsitatis.

Tertium principa .§. v

le notandū est. ſ. qualitas ⁊ varietas eorum qui temptant. Nā aliqui sunt infideles. aliqui fide/les. Et inter fideles aliqui sunt mali. alij boni. Et inter bonos aliqui ꝓfecti. alij imꝑfecti. Et infide/les quidē multiplicius impugnant. i. pluribus temptatiōibus ꝫ acrius fideles. Rō huiꝰ est. q⁹ ſm Gre. quāto crebrius quis diabolo se subijcit tanto intolerabilem sibi facit vt ei reluctari non/ posſit. Sed cū infideles crebrius se subijciant di/abolo eis temptatio fit magis intolerabilis ⁊ fre/

t

quentior. cum non habeant scutū fidei quo se tuentur. De quo scuto apls ad Ephe. vi. In omnibus sumentes scutū fidei in quo possitis oīa tela nequissimi extinguere. Sed et alia pte acrius impugnat fideles q̄z infideles. magis em̄ appetit deficere fideles tanq̄z magis sibi resistentes.

Scdo sciendū q̄ intentio et appetit⁹ diaboli maior est ad temptandu bonos q̄z malos. sed et pter temptati magis temptat malos q̄z bonos. Huius rō est. q̄ cū malos iam possideat nō autem bonos. iō magis conatur. p temptationē ad trahendū ad sui dominiū iustos q̄s nō habet q̄z possessos malos. Sicut etiā aliquis princeps terren⁹ magis insurgit contra illu qui plus aufert de iure suo. vel qui plus nocet regno suo q̄z cōtra alios q̄ nō sibi p̄trariant. ita diabolus plus insurgit contra bonos qui plus nocent regno suo p. doctrinā et exempla virtutū q̄z cōtra malos qui in hmōi se nō exercet. Sed et pte temptatoru ampliora bilitas est in malis ad recipiendū temptationes demonis. q̄z sit in bonis. mali em̄ inclinant ad tēptationē demonis. boni vero resistūt iuxta illud Iacobi. iiij. Propterea ipi mali veniūt ad diabolū vt tēptentur ab eo p̄uenientes tēptatiōes.

Tertio fortioribus et occultioribus temptatiōibus impugnat pfectos diabolus q̄z impfectos. Vñ leo papa in ſmone. Nemo de sui cordis puritate confidat q⁹ pugil ille hostis acrioribus pulsat insidijs. qs maxime nouit abstinere a peccatis. Min⁹ tū laborant et facilius vincūt temptatiōes ipi perfecti q̄z impfecti suas leviores. Vñ impfecti vt infirmi nullo modo debent appetere se velle temptari Et hoc triplici rōe. s. oratōis. cōformatōis et p̄ditionis.

Et rōe quidē oratōis p̄batur sic. Illud debemus desiderare qđ debemus orare. Sed dñs docet nos orare ne inducamur in temptationē. ergo et illud debemus desiderare. Est aūt duci in temptationē consentire delectatōi et delectari de quo quis temptatur. Nō aūt inducit deus in temptationē casualiter seu efficiendo et p̄missiue et deserēdo.

Rōe aūt cōformatōis p̄batur sic. Sicut voluntas nra voluntati diuine dz esse conformis ita a voluntate hostis dz esse discordans. Dz hostis nr̄ diabolus vult et petit nos temptari. Unde dicitur Luc. xxij. Ecce sathanas expetiuit vos. s. a deo p̄mittente vt cribraret sicut triticum. i. vt per temptationē concuteret et cōturbaret sicut triticū qđ cribratū et ventilatū concutit.

Rōe demum p̄ditionis infirmi et impfecti nō debent appetere temptari. Qđ sic p̄bat. Illud qđ est ad malu finem. i. ad p̄ditionem. g̃ debemus eā odire nō appetere. Ad salutez aūt hoīm nō est ordinata nisi p aliud. s. p auxiliu diuine gratie. g̃ temptari nō est simpliciter appetendū. hec be. tho. sup. ij. sen.

Perfecti aūt et experti debent appetere temptari. tū ꝓpter patientiam. tū ꝓpter coronam. tum ꝓpter victoriam.

In tribulatione et temptatiōe relucet virtus patientie. ſm illud Iaco. i. Tribulatio patientiā op⁹. Hanc aūt temptationē permisit deus sez Tobie euenire vt posteris daret exemplū patientie eius sic et sancti Job.

Scdo debent appetere iusti et pfecti temptationē, ꝓpter coronā. Iaco. i. Beatus vir qui suffert temptationē. qm̄ cum p̄batus fuerit accipiet coronam vite. Dicit aūt sufferre temptationez q̄ in sensualitate temptationē fert sub ratione ne ratio succumbat. Vel dicit sufferre q̄ deorsum fert temptationez. s. conculcando et vilipendendo. Vel etiā suffert qui sub deo fert. non murmurando sed voluntati diuine se cōformando in temptationibus et tribulationib⁹. Vel sufert temptationē qui, p his que sursum sunt. i. celestibus fert temptatiōes et tribulatiōes.

Tertio ꝓpter victoriā. Qui. n. quasi cert⁹ est de victoria debet bellū appetere. Sed sancti et perfecto dei amore sunt quasi certi de victoria. Dicit enim in Canticis. Vulte adque sez temptationū et tribulationū nō potuerūt extinguere caritatem. Unde aplus ad Ro. viij. Quis nos separabit a charitate xp̄i. tribulatio an angustia scilicet mētis anxietas que contingit in temptatiōibus. q̄i diceret nihil. Et ꝓpter hoc dauid certus de patientia inflāmatus de corona. securus de victoria dicebat ad dominum. Tempta me. ure renes meos et cor meū Ubi tria no. Primo appetit p̄eliū dicens. tempta me. i. p̄mitte me temptari vt innotescat qualis sim in p̄speris et aduersis in bonis et malis sap. iij. Deus temptauit illos et inuenit eos dignos se.

Scdo petit gr̃e auxiliū dicens. ure igne sez gratie spūssancti qui corroborat mētes. sicut ignis materialis vasa testea. et p̄ficit sicut ignis aurum ſm illud Sap. iij. Tanq̄z aurū in fornace probauit electos dñs. Tante em̄ virtutis est ignis gratie vt minimus sufficiat ad oīa temptamenta et aduersa vincenda. ſm be. tho.

Tertio mali incitamentū oñdit dicens. Renes meos et cor meum. i. delectatiōes concupiscibiles per renes designatas et p̄turbationes irascibiles per cor figuratas. Ira em̄ est accensio sanguinis circa cor. Sed ignis spūssancti delectatiōes carnis et turbatiōes cordis aufert vel sedat. Nullus tū debet se ingerere temptationib⁹. q⁹ p̄sumptuosum eēt sed vitare occasiones. iuxta illud. Declina a malo.

Sed queritur vtrū diabolus supatus in temptatione ab homīe. possit amplius temptare. Circa qđ est duplex opinio. vt ponit beat⁹. Tho. in. i. pte. q. cxiiij. Prima est q̄ demon supatus nullū de cetero temptare potest. nec de illo nec de alio peccato Huius opinio videt fuisse Origenis. unde dicit. Puto sctos viros sathane reluctantes minuere exercitū demonū. vt qui victus est nec illum nec

Capitulū XIII.

aliū amplius possit temptare. Alij tñ dicūt soluz de illo vicio de q victus est demon. tñ de alijs vicijs põt. vt inducit magister in. ij. Scda opinio est q põt alios tẽptare. sed nõ eu ndẽ. et hoc pbabilius et melius dr. si tñ intelligat vsq ad tpus Ihñ et Luc. nij. dr de xpo q cõsũmata oi temptatione. s. in deserto diabolus decessit vsq ad tpus Et q diabolus nõ tẽptet victorẽ suũ saltem vsq ad tẽpus, pbat be. tho. duplici rõe. Prima ex pte diuine clemẽtie. qz sicut Criso. dicit sup mathẽ Non tam diu homies dei diabolus temptat qñdiu diabolus vult. sed qñdiu deus pmittit. qui nõ pmittit vltra vires. Scda est ex pte diabolice astucie. Ihñ Ambro. sup Lu. dicit q diabolus instat reformidat. qz refugit frequẽtius triumphari. i. vinci. Sicut q victus est ab aliquo timet amplius preliari cũ eo. Tertio, pbari põt hoc ex pte humane potentie. Nam dñs cognoscens infirmitatez hũane nature. nõ pmittit homiem sp tẽptari. sed vt dicit Tob. iij. post tempestatẽ. s. temptationũ trãquillũ facit. Vt aũt diabolus reuertat ad euz quẽ dimisit. patet per id qđ dicit Mat. xij. reuertar in domũ meã vnde exiui. Et veniens inuenit eam vacantẽ scopis mundatã et ornatã. Ubi tria notant q que prepant. i. disponũt conscientiz peccatoris ad hoc vt diabolus reuertat ad eum. Primum est ociũ. vnde dicit vacantẽ. i. a bonis opibus cessantem. Ihñ Beda. Timendũ est ne culpa quam pẽitentiam dimissam fuisse credebamus p incuriã nos vacantes opprimat. Et Hiero. Non facile capit a temptatione qui alicui bono vacat exercitio. Scdm vicium est inanis gloria vel lasciuia, vnde dicit scopis mundatam. qñ sez studet purgare sordes corpoz et ornare variis coloribus ps. Dñs dissipat ossa eorũ. i. virtutes qui hoibus placent eas auferendo. querũt autẽ placere mũdo lasciui et vane glorioſi. Tertiũ est superbia vel ipocrisis. vnde subdit ornatã Mat. xxiij. Ue vobis ipocrite qui similes estis sepulcris dealbatis que de foris apparent hoibus speciosa. intus aũt sunt plena spurcicia et oi immũdicia.

Remedia ad .§. VI.

vincendũ temptatiões sunt plurima de quibus pauca dicemus. Et primuz est sui hũiliatio ps. Custodiens puulos dñs hũiliatus sum et liberauit me. Figura. i. Regũ. xvij. in Dauid qui vicit philisteum fortissimũ diabolũ signantẽ. in funda. i. hũilitate et lapide resistentie. Exemplum de beato Antho. qui videns totũ mundũ plenũ laqueis se innectentibz. i. temptatiõibus cum exclamasset. o quis istos euadet. audiuit sola hũilitas Scdm est deuota oratio Mat. xvi. Uigilate et orate ne intretis in temptationẽ. dixit xps discipulis suis. Figura Exo. xvij. Moise tenente manꝰ eleuatas ad celũ et orante. ppls suus vicit Amale chitas qui signant demones. Exemplum orante beato Petro martire cũ temptaretur de fide fuit sibi dictũ a virgine maria. Ego p te oraui vt nõ deficiat fides tua. Et oante beato Bern. p quodam temptato cessauit tẽptatio. Tertiũ est sacra lectio lecta vel audita. ad Heb. nij. Uiuus est sermo dei et penetrabilior omni gladio ancipiti. s. ad vulnerandũ et debilitandũ inimicos. Figura ij. Mach. vl. In gladio quẽ dedit in visiõe Onias iuda machabeo dicens. In hoc deuincies inimicos. et ibidẽ de ipo iuda dicit q muniuit exercitum suũ. nõ lancea et clipeo sed sermonibus optimis. referendo gesta sanctorũ de qbus in scriptura habet. quibus confortati victoriã ptra inimicos habuerũt. Hiero. Ama studia scripturarũ et vicia carnis nõ amabis. Et xps etiã in deserto tẽptatus verbis scripture temptatori restitit Mat. iij. Quartum est passiõis xpi pia meditatio. Treñ. Dabis eis scutũ labozẽ tuũ. s. passionis. ad defendendũ se contra telã inimici temptationuz Ad Heb. xij. Recogitate eũ qui talem sustinuit aduersus semetipm contradictionẽ vt nõ fatigemini animis vris deficiẽtes. Figura fuit quãdo ad aspectũ serpentis enei in palo erecti homies aspicientes sanabant a morsibz serpentũ, qz a temptationibz serpentũ. i. demonũ pseruant ne occidãtur homines aspiciendo ad crucifixum mente. figurato in serpente eneo Num. xxi. Quintum est cõsideratio eoz que sũt fidei vt premij celestis supplicij eterni et hmõi. ad Ephe. vi. In omnibz sumentes scutũ fidei in quo possitis omnia tela ignea extinguere. i. Jo. v. Hec est victoria que vincit mundũ fides nostra Considerando enim gloriã animat quis ad labozẽ certaminis. Unde Luc. xxij. Uos estis qui permansistis mecũ in tẽptatiõibus meis et ego dispono vobis regnũ vt edatis et bibatis sup mensaz meam in regno meo. Et quidã vt habet in vita patrum cũ temptaret de luxuria ppter mulierez receptam ex cõpassione in cella ne deuozaret nocte a feris cõsiderãs penas inferni, et vt efficacius intelligeret. ponens digitos ad ignẽ lucerne accensę vsq ad combustionẽ. sic vicit temptationẽ. Sextũ est concordia et fraterna caritas. Ihñ dicitur de sancta ecclesia in Can. q est terribilis. s. de monibus vt castrorũ acies ordinata. qz. s. fideles sunt vniti inuicem. sicut exercitus ordinat. Et in figurã huius dicit Judith. xv. q filij israel in simul vniti et si pauci psequẽtes exercitũ Holofernis pene innumerabilẽ fugarũt et vicerũt euz Et Greg. sup Ezech. dicit q nõ timet diabolus in nobis abstinentiam vel vigiliam vel paupertatem et alia hmõi. sed concordiam et charitatez quam in celo seruare nescivit.

Dicto de causa .§. VII.

peccati interiori et exteriori. sequit̄ de alia causa q̄ est ip̄m peccatū. Contingit aūt vnū peccatū esse causaz alterius ꝓ q̄ttuor genera cāz. vt dicit tho. prima scē. q. lxxv. Primo quidē ꝑm modū cāe efficientis vel mouēt̄is. et p̄ se ⁊ p̄ accidens. p̄ accidens quidē sicut removēs, prohibens, dicit̄ mouens p̄ accidens. Cū. n. ponū actū peccati homo amittat grām vel caritatē vel verecundiā, vel q̄cunq̄ aliud retrahens a peccato. incidit ex hoc in aliud peccatū. et sic primū peccatū est cā scōi p̄ accidens. Per se aūt. sicut cū ex vno actu peccati hō disponit̄ ad ꝺ q̄ aliū actū ꝓsimilē facili⁹ cōmittat. Ex actibꝰ em̄ causant̄ dispositiōes ⁊ habit⁹ inclinantes ad ꝓsiles actus. ꝑm vero gen⁹ cāe materialis vnū peccatū est cā alteri⁹ in q̄ntū ꝓpter finē vni⁹ peccati aliquis cōmittit aliud peccatū. Sicut cū q̄s cōmittit simoniam ꝓpter finē ambitōis. vel fornicationē ꝓpter furtū. Et q̄ finis dat formā in moralibꝰ vt supra habitū est. ex hoc etiā sequit̄ q̄ vnū peccatū sit formaliter causa alterius. In actu em̄ fornicationis que ꝓpter furtū cōmittit̄. est quidem fornicatio sicut̄ materiale. furtū vero sicut formale.

Titulus septimus de peccato. De diffinitiōe p̄cti multiplici. Capi. i.

De peccato primo

Videndū est de diffinitiōe eius q̄d sit. Vbi notandū q̄ multiplex diffinitio dat̄ ꝑm doctores. ꝑm diuersas causas. s. materialē ⁊ formalē. efficientē ⁊ finalem. Ex p̄te cause materialis seu materie exequentis seu exercentis peccatū. Aug⁹. sic diffinit peccatum. est dictū vel factū vel ꝯcupitū ⁊tra legez dei seu contra legē eternā. In hac descriptiōe tanguntur duo. Primū est actus, in ordine ad instrumenta q̄bus act⁹ tempore peccati exercet̄. cū dicitur dictū vel factū vel concupitū. Hā instrumenta q̄bus exercet̄ actus peccati. sunt vel cor vel lingua vel manus. Hā aut cogitatiōe aut locutiōe. aut opatione perpetrat̄. Vbi notandu⁹ q̄ nulla priuatio vl negatio est in genere p̄ se. q⁹ nō habet aliquā quidditatē, vel esse. sed reducit̄ ad gen⁹ affirmationis ꝑm q̄ in nō esse intelligit̄ esse. ⁊ in negatione affirmatio. vt dicit pb⁹. q⁹ oīs priuatio p̄ habitū cognoscit̄. ⁊ remotio p̄ positionē ꝑm ꝺ. Tho. in. i. sen. Et iō in dicta descriptione in dicto includit̄ nō dictū vel omissio dicti. In facto omissio facti. In cōcupito omissio ꝯcupiti. Non enim habet hoc dictū in q̄ntū est affirmative dictum q̄ sit peccatū, sed hoc hz a duobꝰ. Primo quidez ex p̄te voluntatis. s. inquātū dictū, vel factū vel concupitum. est in p̄tate voluntatis. Scōo hz hoc ex p̄te finis inquātuz est a rectitudine finis exiens. In his duobꝰ cōuenit cū dicto affirmatiuo facto, vel concupito etiā nō dicere vel nō facere vel nō concupiscere. q⁹ similiter est in p̄tate voluntatis. ⁊ a recto ordine finis exiens. Unde sicut act⁹ est in potestate voluntatis. ⁊ p̄ hoc habet q̄ sit peccatum vl meritum. ita etiā negatio actus. Scōo tangit defectus regule dirigentis. cū subdit̄. Contra legem dei vel legē eternam. Nam lex eterna seu dei primo ⁊ principaliter ordinat hominē ad finē. cōsequēter facit homines bene se habere in his que sunt ad finē. et iō in hoc q̄ dicit contra legez eternam tangit auersionē a fine. et omēs alias inordinationes. Et si querat̄ cū peccatuz sit aliquid et eo q̄d est contra rōem. quare Aug. in diffinitione predicta nō posuit peccatū esse dictū vl factū vel concupitū ⁊tra rationē. sicut dicit esse ⁊tra legem eternā. Ad hoc rñdetur q̄ peccatū aliter considerat̄ a pb⁹. aliter a thēologo. Nam pb⁹ considerat pctm̄ ꝑm q̄ ⁊trariatur rōni. sed thēologus considerat ꝑm q̄ est offensa dei ⁊ cōtra deū. Et iō Aug. vt thēologus diffinit peccatū q̄uenient⁹. q⁹ hoc q̄ ē ⁊tra legē eternā cōz. ex hoc q̄d est cōtra rōez p̄cipue cū in multis regulemur p̄ legem eternā que excedūt rōem humanā vt in his q̄ sunt fidei Deo te. Tho. sup. se. sen. dis. xxxv. Rainerius. Et q⁹ peccatū ex dictis cōmittitur quattuor modis. s. cogitatiōe. locutiōe. ope et omissione. iō p⁹ dē⁹ exhortatur animā peccatricē ad penitentiam. q⁹ater inuitans ad reuersionē dicēs in Can. He uertere reuertere sunamitis reuertere reuertere vt intueamur te. s. oculo pietatis ⁊ gē. Sunamitis interpretat̄ captiua. et p̄ peccatū homo capti⁹ tenet̄ a diabolo. q. d. peccata oīa dimitte et detestare que cogitatiōe. locutiōe. ope et omissiōe cōmisisti. Et cū tunc reuertit̄ ad penitentiā resuscitatur spūaliter Lazarus quadriduanus Job. xi. Dicit quattuor dies sunt p̄dicti quattuor gradus. quibus moriē anīa. Ex p̄te forme vel potentie deficientis diffinit̄ sic. Peccatū est p̄uaricatio legis eterne et celestiū inobedientia mandatorū. Et est Ambro. in li. de paradiso. In qua descriptiōe tanguntur duo. s. priuatio dirigētis in finē. et ordinatio ab ipo fine. Et priuatio dirigētis in finē ibi notat̄ cū dicit̄ q⁹ peccatuz est p̄uaricatio legis eterne. ⁊ hoc vel faciendo q̄d lex prohibet, vel omittendo q̄d lex p̄cipit. ex quo pctm̄ hz rōnem mali. Hā siue in natura siue in moribꝰ de ratione peccati est p̄terire regulā rōis. Regula aūt rōis qua constituit̄ mediū inter superfluum ⁊ diminutum. necesse est vt quedā re⁹ecet et quedā statuat. Hoc eriā in rōe naturali et in lege diuina vnde vtrum actus nostri regulari. continent̄ quedā precepta negatiua ⁊ quedā affirmatiua. Sicut aūt negationi opponitur affirmatio. ita affirmatiōi negā

Capitulū Primum

nio. Et iō sicut malū agere imputatur homini ad peccatum. qz opponit̄ precepto legis negatiuo. ita ip̄m bonū nec agere imputat̄ homini ad peccatū qz opponit̄ precepto affirmatiuo. ¶ Scdo in diffinitiōe peccati tangit̄ deordinatio ab ipso fine. in hoc qd dz celestiū inobediētia mandatoꝝ. Ubi nota q inobedientia accipit̄ duobz mōis. Uno mō specialiter. s. qñ qs nō facit qd precipitur. vel facit qd ꝓhibet̄ respiciendo ad cōtemptū ꝓcipientis l' ꝓhibentis. Et tal' inobedientia opponit̄ obediētie q est special' virtus q respicit autoritatē precipientis vel ꝓhibentis. Scdo mō accipit̄ inobedientia ġialiter. s. qñ qs nō facit qd precipit̄ vel facit qd ꝓhibetur. ⁊ hoc mō inobediētia comitatur oē peccatum. Et opponit̄ hmōi inobediētia obedientie que cōcomitatur oēm virtutē. qd ptz. qz quicūq facit aliquē actū virtutis obedit. Et de hac generali inobedientia intelligitur dictū Ambro. in supradicta diffinitiōe ꝑm be. Tho. in. ij. sen. di. xxxv. ¶ Et sciendū q illa duo q ponūtur in diffinitione Ambro. nō sunt eadez vt videt̄ sed distinguūtur dupliciter ler ⁊ mādatū. Primo qz cū fiendū vel cauendū statuitur. tūc ler est. Cū aūt precipit̄ vel ꝓhibetur preceptū est. Aliud est aūt statui qd fit ꝓ legem. aliud iuberi qd fit ꝓ preceptū. Scdo modo distinguūtur sic vt ler dicatur in declinando a malo preceptū vel mandatū in faciendo bonum. Hec Aler. de ales in. ij. pte sum. Hinc ps. Confitemini dño in cithara. i. in cōfessione vocali. ⁊ in psalterio decē cordarū psallite illi. i. in observatione decē preceptoꝝ. Figurat̄ aūt transgressio decem mandatoꝝ p illos decē leprosos q a longe stantes clamauerūt dicētes xpo. Lu. xvij. Iesu fili dauid miserere nr̄i. Qui ab eo missi ad sacerdotes dū irent mūdati sunt. Sic p recognitionē peccati ⁊ ꝓpositum debitū confitendi purgant̄ homines a lepra inobedientie. ¶ Alio mō diffinit̄ peccatum ex pte forme seu cāe exemplaris a q deficit. Dictū em̄ fuit moisi Exo. xxv. Inspice ⁊ fac ꝑm exemplar qd tibi in monte monstratū est que sez ptinent ad ꝓstructionez tabernaculi. i. ecclesie. Mons aūt xp̄us signat. ⁊ ꝑm hoc diffinitur ab Aug. q pctm̄ est appetere q xp̄s contempsit vl' fugere ea que xp̄s sustinuit. Qd ꝓbat p eius oppositum dicens. Nō em̄ vllū peccatū cōmitti pōt nisi dum appetunt̄ que xp̄s ꝓtempsit. aut fugiūtur que ip̄e sustinuit. ⁊ subdit exemplū ipsius xp̄i dicens oīa que vitare cupiētes nō recte viuebam⁹ carendo ⁊ spernendo vilia fecit oīa q vitare cupientes a studio veritat̄ deuiabimus perpeciendo deiectu. vbi aduertendū q vnū horz est timoris. s. fugere q xp̄s sustinuit qd est respectu tristiū ⁊ aduersoꝝ. Aliud est amoris seu cupiditatis. s. appetere q xp̄s ꝓtempsit. qd est respectu delectabiliuz. ⁊ aliud fugere aut timere q xp̄s perpessus est. ⁊ hoc respectu penaliū. ¶ Dīe aūt peccatū vt dicit Aug. ꝓcedit vel ex amore male inflāmante. vel ex timore male humiliante. sed ⁊ timor ꝓcedit ex amore. Timet em̄ qs amittere aliqd qz illud amat. Hec Aler. in. ij. pte sum. Raineri⁹. ¶ Tertio pōt peccatum ꝓsiderari ex pte potentie vel cāe sufficiēter imperantis ⁊ peccatū cōplentis. Et sic diffinitur ab Aug. in li. de duobz ab⁹ q pctm̄ est voluntas retinendi vel ꝓsequēdi qd iusticia vetat. ⁊ habetur. xxv. q. i. In q diffinitiōe tanguntur duo. Primum est actus volūtatis. in hoc qd dr. q est volūtas retinēdi vel ꝓsequēdi aliqd. Scdo tangit defectus rectitudinis in hoc qd subdit. q iusticia vetat. Et sumit̄ hic iusticia nō ꝓut est virt⁹ specialis sed ꝓ iusticia generali q idem est q ois virtus. s. ꝑm q importat rectitudinē volūtatis q attendit̄ ꝑm oēm virtutē ꝑm be. Tho. sup. ij. sen. De hac iusticia ġiali intelligit̄ illud ps. Lux orta est iusto scilicet gratie et veritatis quo ad intellectum. ⁊ rectis corde leticia. quo ad effectū. Idez aūt ē esse iustū ⁊ rectū corde. Consistit em̄ talis iusticia in q̄dam rectitudine q reddit̄ vnicuiq qd suum est. s. superioribz vt deo ⁊ ꝓlatis obedientiā ⁊ venerationem ad Ro. xiij. Omīs anīa ptātibz sublimioribus subdita sit. Et ad b̄ facit qd habet̄ dis. viij. Que extra mores. equalibz ꝓpinquis ⁊ extraneis benivolētiā ⁊ subuentionē Jo xv. Hoc est preceptum meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. affectu. s. ⁊ effectu. Ad b̄ facit qd b̄etur de pe. di. ij. ꝓ inde. Inferioribz. s. subditis et corpi suo, pudentiam ⁊ coertionem. i. Pe. v. Pascite eum qui vobis est gregem. Ad hoc facit qd b̄etur. xxiij. q. viij. duo ista. ⁊ de pe. dis. ij. corp⁹. Et sicut iusticia generalis ista instigat ita vetat̄ contraria. qz ibi est peccatum. s. superioribz contradictiōem ⁊ irreuerentiaz. equalibus obdurationē ⁊ maliuolentiā. inferioribus relaxationē ⁊ negligentiā. De hac etiaz iusticia b̄etur Ezech. xviij. Si auerterit se iustus a iusticia sua ⁊c. ¶ Item ex pte cāe principalis agentis. i. volūtatis diffinit̄ sic ab Aug. in li. de li. arbi. Peccatū est affectio mala volūtaria. In q diffinitione tanguntur tria q sunt cōe peccati. Primum est act⁹ volūtatis. ꝑm est defectus rectitudinis. tertiū est defectus culpabilis. Primo ġ notatur actus volūtatis cū dicit̄ peccatum est affectio. Nam affectio sumit̄ ꝓ actu volūtatis elicito vel imperato interiori. vel exteriori. Et si arguatur in contrariū. qz affectio est res. pctm̄ aūt nō est res. l' substantia vt dicit Aug. ġ nihil est. ⁊ sic q ꝓns nō est affectio. Rñdetur q affectio vtiq est res. Sz cū dicit̄ q peccatū nō est res. intelligit̄ pctm̄ non est res rōe defectus qui adiungit̄ affectioni. Et ratione illius defectus compatur peccatū claudicationi ⁊ alijs defectibus. Sed ille defect⁹ est in affectione. sicut claudicatio q nihil ponit in tibia. ¶ Scdo tangitur defectus rectitudinis. cum dicitur mala. s. affectio. ex quo separatur a bona affe-

ctione que est in actu virtutis. Si enim esset de/fectus eius quod nō debet inesse nō haberet ratio nem mali. Sicut nō est malū in lapide nō habe/re visum. q2 nō est natus ipsum habere. Ubi nota q̄ defectus realis vel priuatio rei. non est res. sed id cui accidit defectus vel priuatio est res. Sicut esse cecum nō est res vel aliq̄d reale sed id cui acci dit esse cecum. Defectus ergo virtutis seu virtu/alis est malū. Hec de. Tho. in questionibꝫ de ma lo. q. i. vbi dicit q̄ si oīs defect⁹ boni habet rōnem mali, sed defectus vel priuatio boni q̄d natuz est haberi. Sicut nō est defect⁹ homini q̄ non possit volare nec p̄ ꝓpīs habet rōem culpe vel pene. nec ē ei malum culpe vel pene. sed esset malū aui que ē nata ad hoc. Unde cū homo sit natus hꝫ affectio nem bonā virtutē ⁊ grām non habere ea est pecca tum. q2 horū priuatio est volūtaria. Tertio tā/gitur in dicta diffinitione defectus culpabil⁹ et p ꝓsequens vitupabilis. i. volūtaria. ex qua sepatur ab affectione penali que nō est peccatuz vel culpa sed effectus culpe. ꝑm Alexan. q̄ pte summe. Diffinitur peccatū ex pte cause finalis a qua defi cit. sic ab Aug. in li. de li. arb. Peccatū est auersio ab incōmutabili bono. ⁊ cōuersio ad cōmutabile bonū indebita. Ubi quattuor sunt notanda scili cet grauamen. ordo. ligamē ⁊ vnitas. Et quā/tum ad primū scz grauamen, nota q̄ ex indebita cōuersione ad cōmutabile bonū sequitur auersio ab incōmutabili bono in qua ꝓficitur ratio mali ⁊ iō oportet q̄ ꝑm diuersitatē eorū que pertinent ad auersionē sequat⁹ diuersa grauitas in peccatis Quantū ad scōm scz ordinē quid sit videlicet prius in peccato mortali auersio an cuersio. Sci endum q̄ cū peccatū principaliter in volūtate cō sistat, iō quātū ad voluntatē illud est prius qđ a volūtate principaliter intendit. Et iō in peccatis spūalibus principalius intendit auersio q̄z con/uersio. prius est em̄ auersio ab incōmutabili bo/no q̄z conuersio ad cōmutabile bonuz. Et sicut in infidelibus ⁊ in illis qui desperantes seipos tra dederūt se impudicicie, vt dicit ad Ephe. nūj. In peccatis aūt corpalibus in quibꝫ principaliter in tenditur fruitio boni cōmutabilis/prius est natu raliter cuersio q̄z auersio que nō est principaliter intenta. sed preter intentionez que sequit ex inor dinata cuersione ad bonū cōmutabile. hec de. tho. in quodlibet. nūj. q. xvi. vide ibi. q2 clari⁹ Quā tum ad tertiū scz cōnexionē notandū q̄ in pecca to sunt duo scz auersio ⁊ cuersio, ⁊ ex pte quidem auersionis mortalia bñt cōnexionem. inq̄nantuz quodlibet auertit a bono incōmutabili. sed ex pte cuersionis nullo mō bñt cōnexionē sicut virtutes Ex hoc em̄ q̄ quis cuertitur ad vtilitatē pecunie per auariciam. nō sequit⁹ q̄ cōuertatur ad bonuz delectabile carnis qđ fit p̄ luxuriam. Quātuz ad quartū scz vtrū hec auersio vel conuersio sint duo peccata vel vnū. Ad qđ breuiter tr̄det⁹ q̄ hec duo sunt vnū peccatū ꝑm rem differens in cōpa ratione ad diuersos termios scz deū ⁊ creaturā. ita q̄ ibi est vnic⁹ motus vel vnicus actus. ⁊ duo ter mini scz recessus a deo ⁊ accessus ad creaturā. Si cut verbi gra. idē est mot⁹ quo recedit⁹ a bononia ⁊ venit⁹ florentiā. Cū ꝯtempt⁹ ⁊ auersio sit recess sus a deo. cuersio vero sit accessus ipius voluntā tis ad creaturā. est ibi vn⁹ motus. ⁊ vnū peccatuz hec de. Tho. in. ij. sen. di. xlij. ⁊ Alex. in. ij. pte sum me. ꝑm aūt ipos duos termios scz recessus a deo ⁊ accessus ad creaturā p̄ conuersionē inordinatā dicit dñs p̄ hiere. ij. ca. Duo mala fecit populus meus. Me dereliquerūt fontē aque viue ⁊ fode runt sibi cisternas dissipatas q̄ non valent conti nere aquas. Ubi duo notant⁹. Primuz discessio vel auersio a creatore ibi. Me dereliquerūt nō in utilem vel parum vilem. sed multū vilem quia fontem aque viue. Comparatur aūt deus fonti tri plici rōe. Prima est rōe eminentie, q2 sicut fons nō aliūde aquas hz sicut riuus sed ex sei ꝑo. sicut deus a nullo aliquid boni hz vel recipit sed ex se ipo ⁊ per suā essentiā est infinitū bonum. Secō rōe influentie, q2 sicut fons riuis aquā influit. sic deus oībus creaturis. ps. Dñe apud te est fons vite Hauriens aquas de fontibꝫ saluatoris. Ter tio rōe efficientie. q2 sicut fons aquā viuā tribu it. sic deus nō est fons cui⁹cunq̄z aque sed viue. Jo. nūj. Dedisset tibi aquā viuā. ⁊ in Can. Fons ortorū eccl'ia scz est puteus aquaz viuentiū q̄ flu unt impetu de libano scz a deo. Et taz viua ē ista aqua q̄ in potantibꝫ fontē faciat. Et iō est mlt⁹ desiderabilis. q2 non est aqua q̄ in potantes quer tatur. sed ipa quertit in se potantes. q2 fontes fa cit. Iuxta illud. Aqua quā ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitā eternā ait xp̄s samari tane Jo. nūj. Secō tangit illud malū peccati ad hc̄sio scz vel inordinata cuersio ad creaturam ibi Et foderunt sibi cisternas dissipatas que nonva lent ꝯtinere aquas. Ubi oñditur defect⁹ tripler Primus q2 nō sunt principales. ⁊ iō a seipis nō sunt vt⁹ fons. Secūs q̄ sunt detestabiles. q2 dissi pate scz idola quibꝫ adherent. ⁊ q2 implere nō va lent mentem creatam. sicut nec cisterna dissipata potest impleri. Tertius q2 sunt inutiles. quoniā ꝯtinere nō valent aquas. ⁊ iō nec recipe nec alijs influere. ⁊ seruari nō p̄nt q2 transitoria sunt. Ex predictis ptz q̄ causa efficiens peccati est volū tas. Ubi Aug. Peccatū vsq̄z adeo voluntariū est vt nullo mō sit malū, scz malo culpe nisi sit volū/tariū. xv. q. i. §. ij. Et si arguat⁹ ctra. q2 Dyonisi⁹ di cit in. nūj. c. de diui. noībus q̄ malū est ꝓter inten tionem ⁊ voluntatez. eo q̄ nullus intendens ad malum opatur. Rñdetur q̄ malū dicit⁹ esse ꝓter voluntatē per se. q2 intendens ad malū p̄ se opat⁹ aliquid Sed p̄ accidens malū pōt cē voluntariū

Capitulū Secūdum

dum.s.aliquis extimat bonū qđ est malū. vel cuz apparet alicui bonū aliqđ ſm quid.cui adiūcta ē ratio mali ſimpliciter. Vel pōt dici q malum est preter voluntatē.qz volūtas nō tendit in malum sub roe mali.ß qz aliqđ malum est apparens bonum.z iō voluntas aliqñ appetit aliqđ malum. Hec ve.Tho.sup.tj.sen. Ad hoc etiaz facit qđ ait Aug.xv.q.i.c.merito,vbi sic ait. Si diligēter inſpiciatur,forte ipm peccare nemo vult.sed ꝓpter aliud qđ vult peccat. Omnes quippe hoies qui scientes faciūt quod non licet vellent licere. Ita q adeo ipm peccare nemo appetit ,ꝓpter hoc ipm sed ꝓpter illud quod ex eo ꝙsequitur.

¶ De varia diuisione peccatorū. Capi.tj.

De diuisione peccatorum sciendum q sex modis pñt distingui peccata adinuicez. ¶ Primo est ex pte reatus.scōs est ex pte gradus.tertius ex parte respectus.quartus ex pte noīs.quintus ex pte originis.sextus ex pte radicis. ¶ Et quantū ad primū,s.ex pte reatus sic distinguitur peccatū q aliud mortale.aliud originale.aliud veniale.

Hec quidē diuisio non est generis in species cuius rō est.qz species equaliter participant rōem generis.ista aūt non equaliter pticipant rationez peccati ad qđ pertinet q sit voluntariū pfecte.sed ē diuisio analogi in analogata.qđ ſm prius et posterius pfecte et impfecte predicat de pluribus. Sicut verbi gratia. Ens diuidit in substantiam z accidens.ens actu z ens in potentia.de quibus predicatur analogice. Perfecte quidē de ente in actu z de substantia. Imperfecte de accidente et de ente in potentia.qz minimuz qđ est de natura entis.est in ente de potentia.z in ente p accidens Sic a simili diuisio peccati in mortale z veniale z originale est,sicut diuisio alicui⁹ in pfectū z in impfectum.qz rō peccati per prius z perfecti⁹ inuenitur in peccato mortali, in veniali vero p posterius z imperfecte.vñ minimū quod est de rōe peccati in aliq actu est in veniali. Ex hoc ipa noīa ostendūt.qz venia non debet peccato.nisi ſm q aliquam impfectionē peccati habet,q prius ꝯ dicitur peccatū de mortali.tū qz mortale est voluntarium voluntate ꝓpria,tū qz ab vltimo fine deordinat.tū qz ei debet pena eterna. Peccatū autē veniale deficit a mortali in duobꝫ. Primo qz nō ordinat ab vltimo fine sed aliq modo a fine retardat.ordine ad finē seruato. Scōdo qz ei nō debet pena eterna sicut mortali. Peccatū aūt originale deficit a mortali ex parte illa qua peccatū hz rōez culpe,s.ex parte voluntarij.qz mortale est volūtarium voluntate ꝓpria illi⁹ in quo est q peccauit Sed peccatū originale est voluntariū voluntate alterius ꝯ eius in q est.s.voluntate primi parentis ade. Hec ve.Tho.sup.tj.sen.dis.xlij. Et qz dictum est q ista diuisio est ſm reatū. Sciendum q reatus ꝓpie nō est aliud q obligatio ad penaz Et mortale obligat ad pēnā eternā damni z sensus. Veniale ad pēnā tempalem seu purgatorij. Originale tantū ad pēnā damni nō sensus.i.priuationis dei visionis,nō ignis infernalis. Et hoc infra declarabunt. Aliqñ tñ reatus sumit ꝑ culpā z obligatiōe ad pēnā.vt in collecta reatus nr̄i ꝓfessio indulgēria ꝛc. Confitet⁹ enī homo culpam non pēnā debitā. ¶ Et sciendū q peccatū actuale siue mortale siue veniale.aliqñ transit actu sed remanet reatu. Et hoc vel cum cessat ab ipo actu peccati.puta ꝓperrato homicidio vel fornicatione tūc cessat peccatū quātū ad suā essentiā.i.quātuz ad actū illū inordinatū sed remanet reatu in suo effectu,i.in obligatione ad pēnā. Vel etiā cū per pniam quis hz remissionē pcōrum q ad debitū pene eterne.ß tñ ꝓter impfectionē satisfactiōis adhuc remanet obligat⁹ pene tpali,ß tūc transit peccatū actu z reatu qñ qs hz plenā remissionem culpe z tot⁹ pene debite. Hec durand. sup tj.sen. Peccatū aūt originale trāsit reatu p baptismum fluminis vel sanguinis vel flaminis. Sz remanet actu inquātū,s.in viatore remanet semp habitualis ꝙcupiscentia q̄ sepe inclinat ad malum.q videt esse materialiter ipm originale peccatū.

Secunda diuisio .§.i.

peccatoꝝ est ex pte gradus seu ꝓcessus.z sic diuiditur pcm̄ in peccatū cogitatōis,locutiōis z operationis. Addit etiā aliqñ peccatū ꝙsuetudinis. Et ista diuisio ꝓbat⁹ autoritate.rōe z similitudine. ¶ Et quantū ad primū autoritas Hiero.sup Ezechi. sic ꝓtinet. Tria sunt genera pcōꝝ q̄bus humanū genus subiacet. Aut em̄ cogitatione. aut ſmone aut operatione peccam⁹. Addit⁹ a q̄busdā quart⁹ gradus.s.per ꝙsuetudinem.qđ figurat⁹ in lazaro quadriduano. Sed Grego.in nij.moral.ponit aliter istos gradus dicens.q in corde cōmittitur quattuor modis.z in opere alijs quattuor mōis. Est ergo primus gradus suggestio vel sensualis delectatio que est veniale. Scōs gradus est morosa delectatio in ipa cogitatiōe absq deliberatione in opus. Tertius est deliberatio cogitatōis in opus. Quart⁹ est defensio seu excusatio ipi⁹ peccati in seipo.sicut primi parentes post peccatum excusauerūt. Quintus gradus est ipm opus exterius sed occultū. Sext⁹ ipm op⁹ peccati cū sit manifeste. Septimus dū ducit⁹ in ꝙsuetudinem. Octauus cū quis obstinatus in malo obduratur,ponens nō penitere. Scō,ꝓbatur rōe. Nam ista diuisio assignat⁹ ſm gradus quibꝫ fit ꝓcessus ad peccati cōplementū. Gradus aūt isti attendunt⁹ ſm q vnus actus includit primuz,z tertius scm̄,z quartus tertiū.z addit sup eum. Verbi gratia. Primus gradus sup quē addunt

alij est voluntas interior scz peccati cogitationis & cōs huic additus. & būc exprimens est actꝰ locutionis. Cuiꝰ vō est. qz inter oia mēbra. est magꝭ ꝓpinquum interiori actui. s. peccato cogitatiōis. qz locutio est signū interioris actꝰ. s. cordis. Tertius gradus est peccatū opis tangz cōplementum oīm predictoꝝ. Probat hoc tertio p similitudinem & triplicē seu exemplū. s. artificiali. naturali. & morali. In artificiali exemplo ptz de domo materiali in q̄ sunt tria. s. fundamentū vt principiū. parietū erectio vt mediū. tectū vt cōplementū domus. Ostendit hoc in exemplo naturali. Naz in generatione aīalis primuz qđ generat est cor. ex inde mēbroꝝ ꝓductio. demū tangz cōplementū totius corpis vel hoīs formatio. Patet similitudo etiā in materia morali. Nā iracūdus ex eo qz appetit vindictā. primo perturbat in corde. scđo i verba contumeliosa ꝓrumpit. tertio in facta iniuriosa. Idem ptz de peccato luxurie & alijs. Cōsuetudo aūt & desperatio vel defensio peccati q̄s Greg. addit vt dictū est supra sunt gradus ꝙsequentes post pfectā speciē peccati. sicut adolescentia & iuuentus post pfectā generationē hoīs ꝙsequunt. Vel dicendū qz ꝙsuetudo desperatio seu defensio sūt q̄dam circūstantie aggrauātes oē peccatū ex multiplicatione ipoꝝ actuum. Hec oīa de. Tho. prīa scđe. q. lxxvij. & sup. ij. senten. di. xlij.

Tertia diuisio .§. II.

seu distinctio peccatoꝝ est ex pte respectus seu obiecti. Et sic homo dicit peccare in deū. in ꝓximū. vel in seipm. que distinctio ꝓbat autoritate. rōe & contrarietate. Primo hoc ondit autoritate. scz magri senten. in. ij. di. xlij. dicētis qz dicit homo peccare in deū ꝓximū & seipm. In deū peccat cuz de deo male sentit vt hereticus. Vel qui de dei sunt vsurpare psumit indigne pticipando sacramēta. Vel qui nomen dei peierando vel blasphemando ꝓtemnit. In ꝓximū peccat cū eū iniuste ledit. vel offendendo personam vel famaz denigrando. vel substantiam diripiēdo & hmōi. In seipm peccat cū sibi soli nocet & nō alteri vt in peccato gule vel molliciei vel accidie vel inanis gl̄e & hmōi. & hāc distinctionē ponit etiā Isidorus in li. de summo bono. Scđo hoc idē ꝓbat rōe sic. Sicut omis virtus est iusticia q̄dammodo vt dicit. v. etbi. ita omne peccatuz est iniusticia. Iniusticia aūt est ex hoc qđ detrabitur alicui qđ sibi debet. Vñ iniusticia habet quasi duo obiecta. s. id quod detrabitur & ille cui detrabitur sicut homo cui auferꝛ res sua. Sicut aūt homo debet ꝓximo & aliq̄d sibi ipsi sed multo magis dz deo. Debet aūt deo amorē super omnia & reuerentiaz. Vñ qñ ab his deficit dicit peccare in deū. Et si obiciatur hoīem peccare in aliquē inq̄ntū eū ledit. Sed nullus pōt ledere deum ꝑm illud Job. xxv. Si peccaueris q̄d ei nocebis scz deo. q. d. nihil. Rationē huius Aug. assignat dicens li. de libe. arbi. Malum cū nocumentum sit nocere tñ non potest nisi bono quod corruptibile est. Summū aūt bonū incorruptibile est. & ideo malū ei nocere nō potest. qz nature est impossibilis. Rñdetur ad hoc qz non dicit homo peccare in deū ex eo qz eum in aliquo ledat. sed qz deo subtrahit quod ei debet. & quantuz in ipo est eius gloriam minuit. q̄uis hoc facere non possit. Tunc ergo dicit in peccato q̄s deū offendere. qñ in eo quod sibi debetur ei iniuriat. Proximo etiā quis debet edificationē & beneficentiam & hmōi. Quādo igitur hoc nō facit cū possit & debeat. vel cū facit ꝓtraria bis dicit peccare in ꝓximū. Sibi etiā debitor est scz quo ad necessitatis collatōez & mundiciam. Unde qñ ꝓtraria facit sibi necessaria subtrahēdo l̄ peccādo. vbi cū ñ alijs noceat in se peccat. Tertio hoc idē ꝓbat contrarietate sic. Si ꝓpositum in ꝓposito & oppositū in opposito. sed p virtutes quibꝫ opponunt peccata. homo ordinatur in deū & in ꝓximū & in seipm. Nō patet. Nam p virtutes theologicas homo ordinat in deū. Tempantia & fortitudine ordinatur in seipm. Justicia aūt ad ꝓximū. ergo p oppositum. Qui peccant in his q̄ excedūt humanā rōem sicut sunt ea que sunt fidei peccat in deū. sicut hereticus. sacrilegus. blasphemus & hmōi. Qui autē peccat in his in qbꝫ q̄s ordinat & dirigitur in seipm dicit peccare in seipm. sicut ptz in guloso. p digo & hmōi. Qui vero peccat in his p quē ordinatur ad alterū seu ad ꝓximū. sicut ptz in homicida. fure. adultero & hmōi. Et notandū qz ista diuisio seu distinctio sumit ꝑm id in quod directe peccatur & principaliter nō ꝙsequenter. Verbi gratia. cū quis facit homicidiū vel furtū vel hmōi iste directe & principaliter peccat in ꝓximū cuz ledendo. Ex ꝙsequenti autē peccat in deum. q̄in hoc mandata eius transgreditur. Et in seipm. qz occidit p peccatuz animā suā. Similiter qui peccat in seipm vt in gula. luxuria & hmōi directe et principaliter peccat in se. & ex ꝙsequenti in deum contra mandata eius faciendo. Et sic qui peccat i deum. ex consequenti peccat in seipm priuando se lumine gratie & virtutibus. Et in ꝓximū aliquando p malum exemplum. vel alio modo. hec de. Tho. prima scōe. q. lxxij. & super. ij. senten.

Quarta diuisio .§. III.

peccatoꝝ est respectu nois. Et sic diuiditur peccatum in delictū & cōmissum siue in peccatū omissionis & transgressionis quod idē est. Quam distinctionem ponit Aug. in. q. Leuit. dicens. q. peccatum qđ dicit delictū est omissio boni. qđ etiaz i ipm nomen ondit. Dicit enī delictū quasi derelictum. Peccatū vero qđ dicitur cōmissum eti p

Capitulū secundū

petratio mali. Vel ſm magiſtrū ſentē. in. ij. li. di. xiij. Delictū eſt quod ignoranter fit. Cōmiſſum qđ ſcienter cōmittitur. Ubi notandum q̄ hec diſtinctio ſm nomina ſ. delictū ⁊ cōmiſſum attenduntur ſm precepta legis ex q̄bus regulant actꝰ noſtri. Inter iſta aūt precepta quedaz ſunt affirmatiua. Qñ fit ꝓtra affirmatiua precepca dicit omiſſio. Qñ aūt fit contra ꝑcepta negatiua dicit cōmiſſio vel tranſgreſſio. Item q̄ cōtra precepta fit qñq̄ ſcienter qñq̄ ignorāter. Si ſcienter dicitur cōmiſſio, ſi ignorāter dicit omiſſio. Tho. ſup ij. ſenten. Eſt autem ſciendū q̄ prius eſt omiſſio q̄ cōmiſſio. Ratio huius eſt. q̄ cum ſm plūm tria ſint in actibus virtutū que requirūtur. ſ. ſcire. velle. ⁊ immobiliter ſeu firmiter opari. Ignorantia eſt contra primū actum. ſ. ſcire. omiſſio cōtra ſecūm, qñ ſcz tenetur quis aliquid velle et nō vult. Sic cōmiſſio eſt contra operari. qñ ſcz aliqs facit aliquod ad qđ obligatur nō facere. ⁊ ſic patz ex ipo proceſſu q̄ prius eſt omiſſio q̄ commiſſio. Hec Alexan. ij. parte ſumme. Sed peccatum cōmiſſionis eſt grauius peccato omiſſionis. ſ. cōmiſſio mali q̄ omiſſio boni, tū q̄ in peccato cōmiſſionis eſt maior deordinatio ⁊ effrenatio voluntatis. tum q̄ maius nocumentum vel iniuriam facit ceteris paribus in peccato cōmiſſionis. tum q̄ magis contra iuſticiā. Sicut patet ꝑ exempla. q̄ grauius eſt occidere hominem q̄ ſibi in extrema neceſſitate nō ſubuenire. ⁊ deum blaſphemare q̄ eum non honorare tpe debito ⁊ hmōi. Notandum etiā q̄ peccatū omiſſionis alicuius boni ꝑ eo tpe alicui imputatur ad culpā. qñ nō facit qđ debet. ſ. eo tpe quo debet. Cuius rō eſt. q̄ omiſſio boni opponitur precepto affirmatiuo. qđ licet obliget ſemper non tñ ad ſemp. Verbi gratia nō obligatur homo q̄ ſemp actu inſiſtat parentibꝰ honorandis. ſed tamen ſemp obligatur q̄ tpe debito honoret parentes. Tamdiu ergo durat peccatum omiſſionis q̄diu durat tempus quo obligatur. ad quod obligatur ꝑ preceptum affirmatiuum. Quo tranſeunte tpe tranſit actu peccatuz ⁊ remanet reatus. Et iterū redeunte tpe tali itera tur omiſſio. Sicut eñ tranſeunte actu virtutis. remanet meritū premij. ita tranſeunte actu peccati remanet reatus pene. hec be. tho. ſup. ij. ſenten. di. xliij. Si aūt queraſ vtrum in quolibet peccato ſit aliquis actus. Rñdetur q̄ quidaz opinati ſunt q̄ in omni peccato eſt aliquis actꝰ exterior vel interior. ſ. actus voluntatis. ſicut cū aliquis non dans elemoſinam peccat. q̄ vult non dare. et ſic ibi eſt actus interior volūtaris. ſ. velle nō dare vel etiā aliqs actꝰ exterior ſiue ille actus exterior ſit ſimul cū omiſſione. puta cū facit aliquid quo tetrahitur ab actu debito ſicut cū aliquis ludit. ⁊ propter hoc dimittit ire ad eccleſiam. Siue ille actꝰ ſit precedens omiſſionē, vt cū aliquis impeditur ne ſurgat ad matutinas. q̄ nimis vigilauit in ſero circa aliqua, ſe occupādo. Tamen be. tho. tenet contrarium, ſcz q̄ nō requiritꝰ aliquis actꝰ in peccato omiſſionis ꝑ ſe loquendo, ſed in ipa ceſſatione debiti actus peccatū omiſſionis ꝙſiſtit. Et hoc ꝓbat quattuor modis ſcz autoritate. rōne. diſtinctione ⁊ cōparatione. Autoritate quidez ꝓbatꝰ ꝑ illud Jaco. iij. Scienti bonū ⁊ nō facienti peccatū eſt illi. ſed nō facere qđ homo dz non imputat aliquē actū. g̃ peccatuz omiſſionis eſt abſq̄ oī actu imo ceſſare ab actu. Scđo ꝓbatꝰ idez rōe ſic. Judiciū vanū eſt de rebꝰ ſm id quod eſt per ſe ⁊ nō ſm id quod eſt ꝑ accidens. Sed actꝰ ꝑaccidens ſe habet ad peccatū omiſſionis, qđ patet. q̄ omittens aliquid ad qđ tenetur aliquid faciat eſt ꝑ accidens. ergo nō debet dici q̄ peccatuz omiſſionis ꝙſiſtat in actu ꝓpter aliquem actum ad iunctum, q̄ actus ille adiūctus ꝑ accidens ſe hz ad peccatū omiſſionis vt dictū eſt. Tertio probatur hoc cōparatione. q̄ etiā in peccato trāſgreſſionis ꝓtingit aliquē actū adiungi q̄ tñ ad peccatū tranſgreſſiōis ꝑ accidens ſe hz. Sicut cū ꝓtingit aliquē furantē loqui vel videre. Et ſil nullus actus ꝑtinet ad peccatum omiſſionis. ſed ipa ſola ceſſatio ab actu debito. Confirmatur idem ⁊ alia rōe, videlicet. q̄ nō punitꝰ homo iuſte niſi ꝑ peccato ſed ꝑ ſola omiſſione boni qđ tenetꝰ facere punitur ſm illud. Omnis arbor q̄ non facit fructum bonum excidetur ⁊ in ignē mittetur Mat. vij. Et ſeruus q̄ cognouit voluntatez dñi ſui ⁊ non fecit plagis vapulabit Lu. xij. Quarto ꝓbatur diſtinctione. Hā differentia iſta eſt q̄ntū ad hoc inter pcm tranſgreſſiōis ⁊ omiſſionis. q̄ pcm tranſgreſſiōis nō eſt ſola priuatio ſed etiā eſt actus priuatus debito ordine rōis. ſicut furtū vel adulterium eſt quidā actus inordinatꝰ. Et rōe actus peccatum eſt quedā res vel natura. Rōe priuationis ordinis peccatū dicit nihil ſm Aug. ſup Jo. Et be. tho. in primo quodlibeto dicit q̄ pcm maxie tranſgreſſionis eſt actus inordinatus. Et ratiōe actus peccatū eſt aliqua res ſeu natura. Sed illa inordinatiō eſt priuatio. ⁊ ſm hanc peccatū dicit nihil ab Aug. Sed peccatū omiſſionis ſm veritatem loquendo eſt ſola priuatio actus debiti. cuius ſubiectum non eſt aliquis actus ſed ptās voluntatis. ſicut ſubiectum cecitatis non eſt viſio. ſed id quod aptum natū eſt videre. Unde q̄ voluntas eſt cā effectiua ⁊ ſubiectiua omiſſionis. iō omiſſio hz rōem culpe. q̄ omiſſio eſt volūtaria quoniā in poteſtate noſtra eſt nō velle ſicut ⁊ velle. ⁊ nō facere ſicut ⁊ facere. ⁊ rō ipa boni omiſſio debiti eſt peccatū. Et ſi arguatur ſic in contrarium. ſicut meritū compatur ad virtutem. ita demeritum ſeu peccatum ad viciū. ſed meritū non poteſt eſſe abſq̄ actu. ergo nec demeritum. Rñdetur q̄ differentia eſt inter meritum ⁊ demeritū.

Nam meritum nō potest esse absq; actu aliquo saltem voluntatis. Et demeritum pōt esse absq; actu Et rō hnius diuersitatis est, q; plura requruntur ad bonum q̄ ad malū. eo q; bonū contingit ex tota & integra cā, malū aūt ex singularibus defectibus. vt dicit Dyoni. c. nō. de diui. no. hec de. tbo. prima scōe. q. lxxvj. & in questionibus de malo. Quia ergo & omissio boni debiti peccatū est sicut & transgressio. iō ps. vtrūq; dño confitetur dicens. Delictū meū cognitū tibi feci & iniusticiā meā nō abscōdi. vbi ps. tria facit. Primo exprimit peccatum omissionis ibi. delictū meū. Dicit enī delictum quasi derelictū. i. omissum. vt q; peccata dicenda tacui. Et hoc est contra illos qui solū de commissis & nō omissis faciūt sibi cōscientiā vel confitentur. Sed dauid vtrūq; fatet. q; peccatū. Et etiaz contra illos q̄ de magnis confitent. de paruis nō curāt Sed dauid etiā pua q̄ dicunt delicta respectu aliorū. Est & contra se excusantes vel in alios sua peccata retorquētes. sicut adam & eua. Cū dicit meum, qō. s. ego feci ex meo arbitrio. Ad hoc facit. vq. i. non est. Scōo ꝓhibet innuit vicii cōmissiōis seu transgressionis ibi. & iniusticiā meā &c. i. quefecit contra iusticiā. transgrediendo p̄cepta negatiua. vbi magis apparet iniusticia & plus nocumēti primo fit. Tertio addit actū cōfessionis ibi. nō abscondi. Cū enim de⁹ cognoscat certius & clarius omnia q̄z ille qui facit, cū hoc est vt dicit' cassiodorus peccatū deo cognitū fateri in confessione. s. delicta & peccata producere. Cōfessor enī representat psonam dei, hoc est non abscondere. non minuere grauitatem, magnitudinem. et turpitudinem peccatorum circūstantias celando.

Quinta diuisio .§. IIII.

peccatorum est ex parte radicis eorū. Sunt autez quinq; radices pcōrum. Prima est amor inordinatus sui. Scōa est timor indiscretus. Tertia cupiditas. Quarta concupiscentia. Quinta superbia. Prime due insinuant p̄ ps. dicentē. Incensa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt, i. ꝓpter mala opa que ꝓcēdūt ab inordinato amore sui. & hec dicuntur succensa igni. Et ea opa q̄ sunt ex inordinato timore mali. & hec dicūtur suffossa, q; timor deiicit hoīem infra se. Peribunt hoīes ab increpatiōe dei. i. indicāte deo. vt Aug. sup ps. dicit ibi. Omne peccatū ꝓcedit vel ab amore male inflāmante. vel a timore male humiliante. Alie tres radices peccati notant. i. Jo. ij. Omne qō est in mūdo aut est concupiscentia carnis. aut concupiscentia oculorū, aut superbia vite id est qō est in amatoribus mūdi seu peccatoribus id est omne peccatū qō est in eis ꝓcedit. aut ex cō cupiscentia carnis, aut cōcupiscentia oculoꝝ. aut superbia vite. Dicuntur aūt hec radices pcōrū q; similitudinarie se hūt ad peccata. sicut radices ad arbores materiales. Sicut enī radix arboris ē p quā arbor nutrimentū sumit. & p quā arbor cōualescit & crescit. & p quē arbor pficit & fructū producit. Sic fm hec tria a filii ex qualibet bāz radicum pcm̄ incipit. cōualescit & fructū ꝓducit. Ex eo enī peccatū incipit ex q̄ homo ad peccatū inclinatur. Hoc aūt est bonū intentū ad qō pcōr inordinate querit. Nā bonū qō bz rōnem finis mouet efficientē & appetentē. Et iō radix peccati in nobis dicit passio vel pronitas ad peccandū que ex corruptione originalis ꝓsequit. Cū passio q̄ & radix peccati sic distinguit. q; Ē passio fm inclinationem appetitus in id qō est vltimus finis bonorū cōmutabiliuz. sicut est bō. Et fm hoc ponit prima radix peccati ab Augu. q̄ est amor sui inordinatus que cā est oīs peccan. Scōa radix omnis peccati est timor. cuius rō est, q; ex eo q; alicui d inordinate diligit & male. oīa impedientia illud male timent. Et sic omne peccatū ꝓcedit vel ex inordinato appetitu alicui⁹ boni. vel ex inordinata fuga alicuius mali. Sed vtrūq; horz reducit ad inordinatum amorē sui. Cuius rō est. q; ꝓpter hoc homo vel appetit inordinate bona, vel fugit inordinate mala. q; inordinate amat seipm. Qō enī aliquis appetat inordinate bonū tpale. vel fugiat inordinate malū tpale. nō est nisi ex hoc q; seipm inordinate amat. qō ptz ex hoc. q; amare aliquē nō est aliud nisi velle ei bonū. q; & amat seipm inordinate. inordinate vult sibi. bonū aliqō. Vel etiā passio inordinate inclinans appetitū homis in ea bona que ꝓpter finem vltimum cōmutabilium. i. ꝓpter hoīem querunt. Et hoc tripliciter. Primo q; vel talis passio est inclinans appetitū inordinate in bonū vile vt diuitias & hmōi. De qua apls. i. ad thim. vi. Radix oīm malorū ē cupiditas. & sic est tertia radix. s. cupiditas. Vel est talis passio que inclinat inordinate appetitū in bonū delectabile. & sic erit quarta radix peccati. s. concupiscentia oculoꝝ circa bona exteriora in vsu ordinata. Et hec concupiscentia est duplex. Una q̄ ordinat ad cōseruationē speciei p generationez. et hec districte dicit concupiscentia carnis. vt in venereis dicit etiā luxuria. Alia concupiscentia est q̄ ordinatur ad cōseruatiōez indiuidui. & talis dicitur concupiscentia oculoꝝ. s. eorū q̄ sunt delectabilia. nō tm̄ fm sensum suū & fm apprehensionē cuiuscūq; apprehensiue virtutis, vt in cibis & aliis delectabilibo sensibo. Tertio passio inclinat appetitum inordinate in bonū opinabile vel honestū Et sic erit quinta radix. s. superbia circa bona fm opinionē. vt honor. dignitas & hmōi. hec de. tbo. super. ij. sentē. di. xlij. & prima scōe. q. lxxvij. Posset etiā dici sic vt in autoritate ipa Jo. superius posita exprimant tres vltime radices peccati. Sin concupiscentia carnis notat inordinatū appetitū in bonū delectabile. vt in cibis & venereis & hmōi

Capitulū secunduz

In concupiscentia oculoz appetit⁹ inordinat⁹ in bonuz vile vt diuitias ꝛ hmōi. q̄ alias dr cupiditas. Tertiū. s. superbia aliter exponi non oportet

Sexta diuisio pec .S.V

catorum est ex pte originis. Vñ be. Greg. xxxi. li. moza. dicit q̄ septem sunt capitalia vel principalia vicia ex quibꝫ oīa alia oriunt̄. s. inanis gla. Inuidia. ira. accidia. auaricia. gula ꝛ luxuria. Et super hec omnia quasi regina ꝛ mater est superbia. Et circa ista capitalia videnda sunt tria scz cōuenientia. numeri sufficientia ꝛ differētia. ¶ Quātum ad primū sciendum q̄ omnia predicta capitalia dicunt̄ quasi a capite derivata. q̄ capita sūt multoꝝ viciorū. ꝛ in hoc conueniunt. Dicitur autem vicium capitale a capite p similitudinē. Caput em̄ tripliciter sumit̄. Primo sumitur caput pro mēbro corpis. ꝛ sic sumitur. i. Corin. xi. Omis vir orans aut ꝓphetans velato capite deturpat caput suum. Et caput est quoddam membrū aliis qđ est corporis principium. iō scđo caput dicitur omne principiuz. ſm illud Treñ. iij. Diffusi sunt omnes lapides sanctuarij in capite omnium plateaꝝ. i. in principio. Tertio caput signat principatum vel ducatum rectoris. Et huius ratio est. q̄ sicut omnia alia membra corporis a capite quodāmodo regunt̄ ꝛ ad ipm ordinant̄. ita exercitus a duce regitur ꝛ ad ipm ordinatur. Et hoc modo sumitur Amos. vi. Capita populoruz pompatice ingredientes domū israel. Capita vocat principes ꝛ rectores. Et ſm has tres ꝓprietates capitis vicium capitale potest dici q̄đ pena capitis plectitur ſm Aug. vt sacrilegiū. furtum. homicidium ꝛ hmōi. Et hoc modo vicium capitale idem est q̄ mortale. i. dignū morte seu decapitationis. Non em̄ infligitur ista pena mortis in iudicio nisi p mortali. sed sic nō accipit Grego. in divina numeratione. Scđo modo dicit̄ capitale. qđ est principium aliorū peccatoꝝ ex quo plura alia oriūtur. ꝛ ſm hoc Greg. vicia capitalia principalia nominat. Tertio dicit̄ capitale viciū ad quod vicia alia ordinant̄. Nam princeps est caput exercitus ad cuius bonū totus exercitus ordinatur vt dicit̄. xi. metaphi. Et p hunc modū illud vicium ad quod alia ordinant̄ dicitur capitale. Vñ Grego. in moza. vbi supra. Vicia capitalia sunt quasi duces. ꝛ vicia que ex eis oriunt̄ sunt quasi exercitus. Hec be. tho. sup. q̄. sen. di. xlij. ꝛ in questionibꝫ de malo. ¶ Quantū ad scđm scz numeri sufficientiā quare scz septē ꝛ nō plura nec pauciora sunt. Pro huius declaratiōe sciendū q̄ omne peccatū procedit vel q̄ appetitus inordinate appetit bonum vel q̄ inordinate fugit bonū. que duo sunt eiusdez ratōnis scilicet appetere bonum inordinate, et fugere oppositum inordinate scilicet malum. Verbi gratia. Sicut gulosus inordinate appetit cibum ꝛ inordinate fugit tristitiaz. que ex absentia ciborum causatur. ꝛ simile in aliis capitalibus. Et sic vicia capitalia possunt conuenienter distingui ſm differentiam boni et mali. ita q̄ vbicunq̄ aliqua specialis ratio appetibilis vl fugibilis est. ibi est vnum vicium capitale. Et ē etiam sciendum q̄ bonum ad se attrahit appetitum. Sed q̄ appetitus refugiat aliquod bonum. hoc ē ſm specialem rationem consideratam circa huius modi bonum. vt quia laboriosum vel impeditiuū delectationum corporearum. ¶ Primo igitur dico q̄ omne peccatum procedit ex hoc q̄ appetit⁹ inordinate appetit bonum. Et hoc quidem bonū potest esse triplex. scz vel bonum mentis. vel bonum corporis. vel bonum rei exterioris. Primo igitur appetitus inordinate appetit vel querit bonū mētis honestum quod est bonum imaginatiuum. s. excellentia glorie vel honoris. Et ad hoc ordinat̄ vt eius principium superbia vel inanis gloria. ¶ Scđo appetitus appetit bonum corporis quod ē bonum delectabile. Et hoc bonū vel pertinet ad cōservationem indiuidui. quod est cibus. ꝛ ad hoc ordinatur gula. vel pertinet ad conservationē speciei sicut est in venereis. ꝛ ad hoc ordinatur luxuria. Tertio appetitus inordinate appetit bonū vtile scz corpori vt diuitias. ꝛ ad hoc ordinatur auaricia. Et sic quattuor sunt vicia capitalia ex parte appetitus inordinate appetentis bonum scz superbia vel inanis gloria respectu boni honorabilis. Auaricia respectu boni vtilis. Gula respectu boni delectabilis ſm gustum. Vel luxuria respectu boni delectabilis ſm tactum. ¶ Scđo appetitus humanus inordinate fugit bonum aliquod. ſm aliquam specialem rationem. puta inquātum illud bonum est impeditiuum boni inordinate cupiti. Et hoc tribus modis. Primo appetitus alicuius inordinate refugit bonum aliquod inquantum illud bonum est impeditiuum boni inordinati cōcupiti in seipo. Vt verbi gratia. Sicut bonum spūale impedit quietem vel delectationem corporalem. ꝛ sic est accidia. que nihil aliud est q̄ tristitia de aliquo bono spūali prout est impeditiuum boni corporalis quod appetitus in seipo inordinate cupit. Scđo appetitus inordinatus alicuius bonū refugit in alio ſm q̄ bonū illius impedit ꝓpriam excellentiam in seipo. ꝛ sic est inuidia. que est dolor de alieno bono inquātuz apprehendit. vt diminutiuū ꝓprie excellentie. Tertio nō solū aliquis refugit vel odit malum in alio ſ eiā contra bonū ei⁹ insurgit ipsum repellendo. et sic est ira que est appetitus vindicte qua aliquis impugnat aliquem ꝓtrarium agendo. Hec be. tho. sup. ij. sen. di. xlij. ꝛ in q̄stiōibꝫ de malo. ¶ Quātum ad tertiū principale scz differentiā capitaliū a radicibus. Sciendū q̄ ipa vicia ita dicūtur capitalia q̄ non dicuntur radices. Et rō huius est

quia hec est differentia inter capitale et radicem. quia capitale est quoddam peccatum. radix autē peccati inquātum radix non est peccatum.

Hec septem vi .§.VI.

cia capitalia figurata sunt p̄ septem gentes seu nationes. que habitāt in terra promissionis. ſm magistrum in se. sen. et Hugo. cardinalez super ps. Ipa enim terra promissiōis affluens lacte et melle signat humanā naturam in genere vel animam quālibet in particulari, in statu innocentie ⁊ iusticie q̄ vtiq̄ affluebat lacte puritatis ⁊ melle consolatiōis celestis. Sed p̄ primor̄ parentum transgressionē. postea inhabitata est ⁊ possessa a septem nationib̄. i. victis capitalib̄. Obtenta aūt per xp̄m devictis victis est postea inhabitata per tribus duodecim israel, ⁊ leuitica. i. p̄ septem virtutes ⁊ sex opera misericordie corporalia vel spūalia que reperiunt in veris fidelibus. Ad bellum xp̄s notauit cū ait Lu. xi. Si fortior illo superveniens vicerit eū. vniuersa arma aufert ad Fortis in malicia diabolus qui castrū seu atriū mundi tenebat in pace. quasi nullo ei resistente. ⁊ hoc cū septem bis nationib̄. i. victis. Supueniens fortior xp̄s vicit eū. ⁊ abstulit ei arma sue malicie ea detegendo. Et hoc bellū ⁊ victoriā notat p̄s. psalmo. xliij. dicens ad dñm. Manus tua gentes disperdidit. plantasti eos. affligisti populos ⁊ expulisti eos. Ubi occidit in ipo bello tria. Gratiam xp̄i operatam ibi. Manus tua gentes disper. Justiciā animi reformatāz ibi. plantasti eos. Maliciam penitentia euacuatam ibi. affligisti.

Onantū ad primū sciendū vtiq̄ q̄ p̄ nos nō possemus superare vnā minimā temptationē. nec eiicere a nobis vnū peccatum. Sine me ait saluator nihil potestis facere Jo. xv. Et rō ē. qr cū peccatum mortale sit defectus quasi infinitus seu iniuria. qr contra deū bonū infinitum. Et homo sit virtutis finite nō p̄t finitū attingere ad infinitum nisi adiunctū infinito. et hec est gratia xp̄i. q̄ est quasi infiniti valoris. Unde apls. Justificati gratis gra ipius ⁊ id est iusti facti expulsis peccatis. Sicut ergo Josue seu iesu naue dux populi dei ipe fuit qui transito iordane devicit ⁊ pstrauit illas septē nationes ⁊ tradidit tribubus israel terram possidendā. Sic iesus nr̄ mediāte baptismo vbi dimisit virtutē sue passiōis, expulsis omnibus capitalib̄ victis tribus virtutū infundit ingenus humanū seu animā quālibet eū sequentē p̄ fidem vt possideat statū quietū ⁊ suauē. Et hoc est qđ dicit p̄s. Manus tua. Brachiū dei dicitur pater. ſm illud p̄s. Fecit potentiā in brachio suo Luc. i. qr ab ipo p̄cedit filius sicut manus a brachio. Digitus dicit spūssanctus. ſm illud Si in digito dei eiicio demōia ⁊c Luc. xi. qr p̄cedit a pre ⁊ filio sicut digitus a brachio ⁊ mānu. Sz manus frequēter in scriptura dicit filius. qr sic procedit a patre sicut manus a brachio ⁊ qr sicut p̄ manū quis opatur ita oia p̄ ipm facta sunt Jo. i. Manus ḡ dei i. dei filius incarnat⁹ supueniēs in mūdum. gentes vicior̄ vicit diabolū cū septē capitaneis vicior̄. que vicia dicunt gentes, q̄si gebēne id est inferno dedite, qr per ipa homo tradit infer no. disperdidit aūt ⁊ destruxit. i. ad nihilū redux it merito sue passiōis. doctrina sue eruditiōis. et exemplo sue pfectissime quersatiōis. Ipa aūt interpretatio noia illar̄ gentium ostendit. p̄rietates ipor̄ vicior̄. De ipis aūt noibus gentiū dicitur Deutero. vij. Cū introduxerit te dñs deus tuus in terrā quā possessurus ingredieris. i. in illū statum iusticie repate ⁊ deleuerit gentes multas coram te. q. d. dñs hoc faciet nō tu ethēū. gergeseuz amorreum. chananeū. pherezeū. eueū ⁊ iebuseuz p̄cutiet eos vsq̄ ad internitionē. Non inibis fedus cū eis vt. s. etiā morib̄ ipor̄ capitaliū veniaaliter acquiescas sed vsq̄ ad primas radices prosterne. Per ethēū qui interpretat stupens vl̄ formidans signat invidia que formidat felicitatem alienā ⁊ dolet. Ut̄ Seneca. Utinā invidi oculos vbiq̄ brēntes oīm felicitate torquerent. Dicitur ethēus stupens. i. admirans, qr invidus qlibet bonū etiā paruū admirat in primo cui invidet. tanq̄ sit multū excellens. Ut̄ poeta. Fertilior est seges alieno semp̄ in agro. Uicinū q̄ pecus grauidus vber habet. Vel stupens etiā dicit qui ob frigiditatem dentiū. vt cū comedunt acerba vue et hmōi. nō p̄t bene comedere. Sic invidia facit sibi insipida bona alior̄. Amos. nō. Ego vedi vobis stupore dentiū in cūctis vrbibus vr̄is. Vedi. i. p̄misi hr̄i ac etiā rōe pene illius afflictionis invidi hoc dat deus in punitionē. Per gergeseum qđ interpretat colonū eiciens vel aduena appropinquans signat superbia vel inanis gla. Hec eiī superbia eiecit diabolū de celo et hominē de paradiso. qui erant coloni illorū locor̄. Dicit etiā aduena. qr quāto sua mente cogitat deo appropinquare. i. exaltari. tanto magis elongat a deo Job. xx. Si ascenderit vsq̄ in celū superbia eius ⁊ caput eius nubes tetigerit q̄si sterquiliniū in fine pdet. Per amorreū q̄ interpretat amaricans signat accidia que facit hoīem amaricari p̄pter laborē boni opis. Sicut gaudiū spūale p̄solat aīaz. ita tedium de bono divino agendo fastidit ⁊ in horrorez ducit. ad Hebre. x. Videte ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat. Per chananeum qui interpretat lapides colligens vl̄ cōmotus intelligit ira. q̄ cōmouet totū hominē ad appetitū vindicte. ⁊ colligit lapides cōtumelias ⁊ detractionū ⁊ contentionū in mēte sua cōcipiendo ad offendendū alios verbis suis Eccles. xxvij. Qui voluit lapidem. s. proiiciendo p̄ tra alīquē p̄tumelias reuertet ad eū, quia sibi etiam fit

Capitulū Tertium.

iniuria in verbis ⁊ factis. Per plateleum qui interpꝛtatur dissemꝫnatio signaꝫ luxuriosus qui nō curat vbi semē spargat sed passim ⁊ indifferēter. Piere. v. Equi amatores in feminas ⁊ emissarij facti sunt. vnusqsq; ad vxorez proximi sui hinniebat. In veteri lege qui patiebaꝫ fluxū sanguinis immundus iudicabaꝫ. nec ad templū dei qđ signat ecclesiā militantē pōt accedere vel triumphantem. Per eueū qui interpꝛtaꝫ fer⁹ vl' pessimus significaꝫ auaricia. que facit hoiem feram pessimā. deuoratricē sui proximi. adeo q; nō miseretur amicoꝝ et ꝓpinquoꝝ Eccle. x. Nihil iniquius qz amare pecuniā. hic em aiam suā venalē habz. Per iebuseū qui interpretaꝫ psepe. signatur gula que semp vellet esse ad mēsam. sicut animalia bruta ad psepe Isa. v. Ve qui ꝛsurgitis mane ad ebrietatem sectandā ⁊c. Vel interpretaꝫ conculcatio. qz anima saturata calcauit fauū. Scdm qđ notaꝫ in predicto psalmo est iusticia reformata. dū dicit plantasti eos. s. filios israel. Ad literā dicit plantasse qñ de nouo induxit in terram promissionis. Et sicut planta cū nouale est sepe irrigatur vt qualescat. ita deus illū ꝓplm suū de nouo introductū in terrā ꝓmissionis miraculis pluribus irriguit ⁊ bonis varijs fecūdauit. Moraliter aūt filij israel sunt virtutes ⁊ boni mores qs deus animabꝰ cōuersoꝝ infundit. Haz vt dicit Ambro. Cū renunciatur improbitati statim assistitur virtus. Egressus em malicie virtus opaꝫ ingressum. Eodemqz aditu quo vicia excluditur innocentia copulaꝫ xxvij. q. i. Has aūt virtutes vt firmētur ⁊ crescant deus spūalibꝫ ꝛsolationibꝫ irrigat vt fructū faciant. Ego ait ipe deus pbiemiam. plantaui te vineā meā electam. omne semen verū. s. virtutū posui ibi. Tertiū notatuz est malicia euacuata. ⁊ hoc p penitentiā. dū dicit affligisti ꝓpulos et expulisti eos. Populus dicit illas nationes gentiū que signant vicia vt dictum est. Affligit aūt p penitentiaz. Ham gulosus dū dolet et penitet vere de gula affligit se mēte ⁊ corpoze ieiunando et abstinēdo. Luxuriosus penitens tristaꝫ de victijs ꝓperratis et affligit se ꝓtinendo. Sic modo suo auarus superbus ⁊ alij. Dicunt aūt hec vicia gentes q̄i gehenne debita. q; deducūt ad gehennā. sed ex afflictiōe penitētie expellunt de terra ꝓmissionis. i. de anima. Unō magdalene se affligenti in penitētia. qđ figurabat etiā vngentū secum ablatam dictū fuit. Remittunt tibi peccata tua Luc. vij. Et p afflictionem penitentie factū fuit vt xps eijceret septē demonia ab ea. vt dz mar. vl. i. septē vicia capitalia.

De nocumentis peccati mortalis que sunt viginitria. Capitulū tertiū

Effectus seu nocumenta peccati mortalis colligēdo sū matim notabimus viginitria. Que cū magna mala sint. cogiꝫ pcōr clamare cuz ps. peccante penitente. Miserere mei deus ſm magnā misericordiā tuā. Magna est misericordia dei erga hominem in creādo. qz de nōente qđ est magna miseria facit esse. ⁊ tam nobile eē dedit. qz ad imaginē ⁊ silitudinē suā. Magna etiā misericordia dei in gubernando hoiem ⁊ puidendo omnibꝰ suis necessitatibꝰ ꝑ magna p excellentiā. ⁊ maxima ē educendo pcōrem de lacu peccati et de luto fecis de tenebris inferni ad lumē celi. Et ꝓpter hoc efficiendū de celo venit ad terras ⁊ sustinuit passiōez. Nō aūt misericordiā postulare dz pcōr ꝓtius qđ aliud. qz misericordia hz pro obiecto miseriam ⁊ ipaz leuat. Nō pōt aūt esse maior miseria qđ peccatū. vñ dr miseros facit ꝓpos. Cōducit em tandem ad summā miseriā ꝓtariā pfectissime felicita ri. Vñ in figurā decē leprosi designātes transgressoꝛes decē ꝓceptoꝝ clamabāt ad iesuz. Miserere nri dñe fili dauid Luc. xvij. Et chananea p filia sua demoniaca signāte aiam possessam a diabolo. Miserere mei ⁊c inquit. Filia mea male a demonio vexaꝫ. Vexaꝫ aūt anima a peccato multiplici malo. ⁊ in vite hꝰ quersatiōe. ⁊ ipi⁹ anime sepatione. et in i pius collatiōe. Et in vite quidē quersatiōe miseriā patiꝫ ⁊ vexatur in triplici differentia bonoꝝ. s. In bonis tpalibꝰ. In bonis naturalibꝰ. In bonis spūalibus.

Et bona quidem .§. i.

tēporalia ⁊ si minima sint respectu alioꝝz. tamen bona sunt a deo. Et vt dicit philosophus organice deseruiunt felicitati. id est instrumentaliter. quia sunt tanqz media ad perficiendum aliqua opera virtuosa. Sunt autez huiusmodi tripartita. videlicet diuitie seu substantia tēporal' Honorificentie seu gloria mundialis. Presidentie et libertas humanalis. Diuitias quidem siue naturales. vt possessiones. animalia. victualia et huiusmodi. ac etiam diuitias artificiales. vt pecunee argentee. auree vestes ⁊ huiusmodi. dominus tribuit vt mediante earū fideli dispensatione quis sibi meretur vitam eternam. Sed si quis eis abutatur. vl alias eoꝝ largitorē offendat p peccatum. frequenter eas amittit vnde ad magnam miseriam ⁊ vexationem deueniat. Sic egiptijs ꝓpter peccatum suum iniurias videlicet ⁊ offensiones quas hebreis inferebāt. ablata sūt eis vasa aurea et argentea et plures alioꝝ diuitie domino hebreis illa concedente. vt habet Exo. ri Israelitis autem idolatrantibus in terra ꝓmissionis ꝓpter peccatum eoꝝz clausum est celum annis tribus ⁊ mensibus sex Unde magnam penuriam credendum est indubitanter ibi exortā. Et iterum alias sub helyseo ꝓphera tanta fame samaria oppressa est. vt matres comederent filios. vt

habetur. nñ. Reg. vñ. ꝙ etiã quotidie talia flagel
la populi patiunt ꝓpter peccata ipoꝝ. Bonuꝫ
honoris ⁊ glorie multũ appetitur. Unde ⁊ Aug. de
ciui. dei dicit allegans Ciceronez. Honos alit ar
tes quicq gloria ad studia accedunt. Et propter
hanc ꝙsequendaz antiqui romani ad innumera
⁊ immensa picula ⁊ labores se exposuerunt. Et
hoc esse maius bonũ scz habere bonam famaz sa
lamon ostendit magis q̃ diuitias habere dicens
Melius est nomen bonũ q̃ diuitie multe. Unde
⁊ sancti viri hanc conseruare ⁊ augere nituntur.
nõ ꝓter se sed ad primoꝝ edificationẽ, ꝓpter qd̃
dicebat apls. Expedit mihi magis mori q̃ vt glo
riam meã quis euacuet, sed ⁊ bonũ istud ꝙ pec
catum tollit vel diminuitur. Unde ⁊ salomon sa
pientissimus quẽ ꝓpter famã virtutis ⁊ sapien
tie. omnis terra desiderabat eũ videre. Cui etiam
dixit regina saba ad eam veniens de finibꝫ terre
uicisti famã virtutibus tuis. ꝓpter peccata laſci
uie sue adeo sibi gloriã ⁊ honorem minuit. vt eti
am de sui salute dubitaretur. De quo etiaz dicit
sapiens Eccle. xlvij. Dedisti maculam in gloria
tua ꝛc. Sic ⁊ magdalena quãtumcũq esset gene
re nobilis. diues ⁊ pulcra propter lasciuias suas
ita famam attriuerat vt diceret peccatrix. Po
testas quoq qua quis alijs preest. donũ est non
paruum a dño concessum. ſm illud Sap. vj. O
iudices data est vobis potestas a dño ⁊ virtus ab
altissimo. Et in hoc habent quandam similitudi
nem cũ deo specialem ꝑticipantes diuinam pote
statem. vt sicut deus omnibꝫ preest et omia regit
ita presidẽtes in mũdo quibusdã preeminent et
eos regunt. vnde ⁊ dñi aliqñ vocant. ꝓpter qd̃ di
xit dominus moysi Exod. vij. Constitui te deum
pharaonis. Hec autem potestas ⁊ dominiuz fre
quẽter ꝙ peccata tollitur. Unde ⁊ nabuchodono
sor ꝓpter superbiam suam ablatũ fuit sibi regnũ
ad tempus qui erat monarcha mudi voce emissa
de celo dicente. Transiit a te regnum tuum ⁊ ab
hominibus eijcieris ⁊ cum bestijs habitatio tua
Sed balthasar filius eius ꝓpter peccata sua ex to
to amisit ipm regnuz, ipo interfecto a cyro rege
persarum ⁊ dario capta babilonia. Sic ⁊ septem
nationes q̃ habitabant in terra ꝓmissionis ami
serunt terras suas, ipis interfectis cũ regibus su
is a iosue cum exercitu suo scilicet israelitarum. ⁊
pro eisdẽ pis israelite possederũt. Unde ⁊ cuz dñs
promitteret illam terrã se daturum semini abrae
quasi rationez assignans quare tunc non dabat
ipi abrae subdit. Nondũ complete sunt iniquita
tes eorum Gen. xv. id est nondũ ascenderunt ad
tantam malicia m q̃ adhuc mereant perdere illa
dominia. Insup et ipi iudei possessam illam pa
triam fertilem ⁊ gratiosam ꝓpter peccata sua per
lxx. annos amiserũt translati in captiuitatem ba
bilonicam cũ rege suo sedechia. nij. Reg. vlt. Et
demum reuersi grauiora perpetrantes ⁊ dei filiũ
interimentes post maximã stragem, amissa oñi
dignitate regali ⁊ sacerdotali. captiuitati ⁊ vendi
ti in seruos dispersi sunt ꝙ vniuersum orbem. Li
bertas vtiq magnũ bonum estimatur. Non emi
tur bene pro toto libertas vendit auro. Sicut econtra
seruitus est maxima miseria q̃ ꝙ peccatuz induc
ta est seruitus. Unde Ambro: Non esset hodie
seruitus si ebrietas nõ fuisset di. xxx. sexto die. Et
loquitur de cham qui ex eo q̃ vidit noe patrem
suum quem ꝓpter ebrietatem vidit nudatuz ma
ledictionẽ seruitutis ab eo accepit in genere suo
Peccator seruus etiam efficitur diaboli ⁊ pecca
ti Jo. viij. Qui facit peccatum seruus est peccati
Male ergo vexatur homo a demonio peccati cuz
de magnis dignitatibus deuoluatur ad magnas
miserias. propter quod clamare cogitur Miſe
rere mei vel nostri.

Bona autez naturalia tripartita sunt. videlicet. §. II.

Familia parentalis.
Consistentia corporalis.
Potentia animalis.

Familia parentalis sũt propinqui. scilicet filij
qui cum sint de substantia patris ⁊ matris. rõna
biliter dicuntur bona naturalia. Et hoc bonũ cũ
nõ habet multũ desideratur. etiaz a probis viris
Sicut patet in Isaac orante ꝙ conceptu rebecce
uxoris sue. Et abraam de hoc dño pie conqueren
ti cum dixit. Vernaculus meus helieser iste da
masc⁹ erit heres meus. mihi autem nõ dedisti
semen, ⁊ cum habet multum amatur cõseruatio
vite eorum et sanitas. Et rõ huius esse potest. qz
naturaliter vnũquodq appetit perpetuari q̃nuz
possibile est. cognoscit aũt q̃libet experientia docente
qz in se diu ꝑmanere nõ pot cũ mortal' sit ⁊ corru
ptibilis. ⁊ cũ filius sit de substantia parentũ. duz
sunt ⁊ viuũt filij. sic in eis ⁊ ꝙ eos vident ꝑmane
re et perpetuari ꝙ successiuã ex eis generationem
Sed certe filij ꝓpter peccata parentũ q̃nq ex hac
vita subtrahunt. aliqñ diu et grauiter infirman
tur. Exemplũ in dauid cui dictuz fuit a nathan.
qz blasphemare fecisti nomen dñi. idcirco mori
filius tu⁹ q̃. s. fuerat nat⁹ ex bersabee. qd̃ et factuz
est. vt habetur. ij. Reg. xij. Sic ⁊ heli sacerdos q̃ pec
cauerat in nõ bñdo curã de filijs oꝑtum ⁊ ꝑtine
es. audito qd filij ei⁹ i bello mortui eẽnt ⁊ occisa
arca dñi capta a philisteis. ex dolore cecidit retro
et fractis cervicibꝫ expiravit. i. Reg. nij. Quãtus
ſm leges bũanas. filius nõ debeat aliquo mõ oc
cidi ꝙ peccato patris. etiã si cõmisisset crimẽ lese
maiestatis. sed alijs ꝑnis puniri potest vt a
missione honorũ. rerũ temporaliuz ⁊ patrie. tũ in
iudicio dei ei ſm legem suam. etiã morte corpali
punit filius pro patre. Nec ex hoc fit iniuria vel

Capitulū Tertium.

iniustícia filio.c2 omnes sumus ⁊ iusti ⁊ iniusti debitores mortis quo ad deū ꝓpter originale peccatum. Sed quo ad animā seu penaz inferni vel purgatorij vtrigz firma manet sententia dñi illa. Eze.xviij. Filius nō portabit iniquitatez patris ⁊ econuerso. Consistentia corpalis seu cōseruatio vite corpalis q̄ntū amet precipue cū sanitate eius.q̄libet experiri in seipo.vt induci nō oporteat illud qđ satban dixit dño Jo.i. Pellem ꝓ pelle. ⁊ cūcta que hz homo dabit ꝓ ania sua.i.vita conseruanda. Propter hoc tpe pestis vitant etiā cōsanguinei ne inficiant.querunt diligētissime medici sumunt potiones amarissime, vstiones ⁊ incisiones sustinent varia tormentoꝝ genera ac malefactores patiunt, ⁊ multa illicita perpetrant. ne vita ꝙdat.sed vt dz extra de pe.⁊ re.cū infirmitas. Infirmitas corpis nonunqz ex infirmitate animi pcedit.dicente dño languido q̄.s.iacebat in porticu piscine. Ecce sanꝰ factꝰ es.vade ⁊ noli amplius peccare ne deterius tibi aliqđ ꝓueniat Jo.v. Et exempla patēt. Et de ezechia rege iuda q̄ egrotauit vsqz ad mortem Isa xxxviij.⁊ hoc ꝓpter pctm̄ ingratitudinis vel superbie de victoria habita seu liberatione ab exercitu sennacherib. Exemplū etiā i maria sorore aaron q̄ effecta ē leprosa ꝓpter murmurationē factam cōtra moysen, vt ptz Nu.xij. Sed ⁊ infectio aeris ⁊ pestes euenire ꝓpter peccata hoīm ondit̄ur i.Reg.vl.qñ ⁊ ꝓpter elatiōez dauid qua vsus est in numerare faciendo pplm tum etiā ꝓpter conspirationem ppli contra ipm dauid factam in cōiuratione absalonis infra triduum mortui sunt ex peste, lxx. milia de israel. Notādum tñ q̄ decretal' dicit.nōnunqz.i. nō semp.sed aliqñ. Nā ⁊ infirmitates etiā immittunt a deo ꝓpter alias causas qñqz q̄z ꝓter peccata vt patet in Job vlcere pessimo percusso ⁊ celidonio ceco postea illuminato Jo.ix. Et qz difficile est ex certitudine scire hmōi cām nisi a deo reueletur, iō quilibet in hac pte viā tenere debet humiliorē vt.s. propter peccata sua cū infirmat.existimet se a deo flagellatum.de alijs nō iudicet cuz cām nesciat. Insuper ⁊ guerre ⁊ bella vbi ⁊ vulnerant et occidūtur innumera milia hominū ꝓpter peccata cōtingunt Jaco.iiij. Vñ bella et lites in vobis nisi ex concupiscentijs que militant in mēbris vestris. Postqz salomon peccatis se implicauit .suscitauit ei dñs plures inimicos ad bellandū contra euz qui prius in marina regnauerat pace. vt ptz iij. Reg.xi. Et in libris iudicū hoc plene ondit̄ur.q̄ cū ille populus israel a mandatis dei declinabat. suscitabantur contra eos bella a finitimis nationibus cū multis oppressionibꝰ Male ergo vexatur creatura a peccato.⁊ iō in miserijs hmōi constituta clamet Miserere ⁊c. Potentie animales cuz naturales sunt.sunt ꝫm Aug. bona media q̄bus ⁊ bene ⁊ male vti possumus, sed in se valde bone sunt ⁊ necessarie ad opandū.⁊ hec sunt tres principales. Primo potentia intellectiua. Secō potentia volitiua. Tertio potentia sensitiua. Quelibet vexatur suo modo ꝓ peccatū. Unde ps. penitens ait. Conturbata sunt omnia ossa mea, i. potentie quibus anima vigoratur ad opanduz. Et hoc figuratum extitit in vulnerato a latronibꝰ.q̄ descendit a hierusalem in iericho.vt habetur Luce.x. Vulnera enim sunt ipa mala infra potētijs vt declarat magister in.nij.sen.in principio. Et quantū ad potentiam intellectiuā dicit̄ sapiō. i. de peccatoribus. Ambulabāt. i. opabunt vt ceci qz dño peccauerūt. Et in huius figuram legitur Judic.xvi.ca.q̄ samson captus a philisteis excecatus est ab eis ad insinuandū.q̄ viro quātūcunqz sancto capto ꝓ temptatione ā demonijs, eruūtur sibi oculi intellectus, nō quidē vt priuet potentia intellectiua vl'actu intellectus simpliciter sed in particulari ope eligibili ,ita passione obtenebratur vt tunc nō aduertat illud esse malum: sed bonum sibi videtur illud faciendū q̄zuis habitu ⁊ in generali cognoscat illud esse maluz. Et hoc est qđ dicit pbs in li.ethico.q̄ omnis malus est ignorans. Ignorat enim peccans tunc illud esse malum vt fornicationē, ⁊ si habitualiter sciat illud esse malum.⁊ phibitum.sicut ebrius positus in ebrietate dicit veras sententias quas habitu tenet.sed cū ꝓfert in ebrietate non eas actu intelligit impeditus ab ebrietate. Ignorat etiaz peccator quot ⁊ quanta bona ꝓ peccatum perdat quanta mala incurrat ꝓ peccatū. nō cōsiderās ea. Et q̄zuis nō auferat ex toto peccatum iudicium rationis, ꝓpter qđ peccator non priuat actu iudicandi ⁊ sententiādi ⁊ reprehendendi alios peccatores ⁊ puniendo. dūmodo cū hūilitate fiat. tamē multū liberatur intellectus ⁊ obscurus remanet nō adiutus lumine gē qua talis priuat in iudicando.corrigendo ⁊ puniendo ⁊ indignus reddit̄ur. Qua eñ fronte potest alios corrigere cū tacitus sibiipi videt eadem se admisisse que corrigit inquit Hiero. di.xxv.primum. Et si paruz gaudiū esse valeat ei qui lumē celi corpali videre nō potest vt ait tbobias. imo multi doloris. Nō minus vexatur anima amisso lumine intellect⁹ per peccatū. iō clamet Miserere ⁊c. Voluntas q̄z multum est remissa ad bonum ꝓ peccatuz, adeo q̄ bonum quod intelligit ⁊ in generali proponit agere non valeat.propter quod ait apostolus ad Roma.vij. Non enim quod volo bonum hoc ago.sed quod odi malum illud facio. Et loquitur ꝫm vnam expositionē in pson̄a constituti in mortali. Vñ ⁊ figurat̄ ꝓ claudum qui videt quidē q̄ pergere debeat.⁊ recto gressu incedere non valet q̄bus claudis dz ꝓ helias iij. Re.xviij. Usqz quo claudicatis in duas ptes Claudicat ex pte dextra qui pcepta ad deum nos ordinantia non seruat.

Claudicat ad sinistram qui mandata erga proxi
mum nos dirigẽtia nõ custodit. Et fm. b. Tho. ī
prima scõe nec talis diu in peccatis pmanere po
test quin labat in alia. In repentinis eñ casibus
qui quotidie occurrũt. in qbus non põt hõi mul
tũ tpis ad deliberandũ. opatur homo fm finẽ sibi
prefitũ ⁊ habitũ preceptũ Et cũ pctõr nõ sibi pre
stituat vt vltimũ finẽ ad quẽ oia dirigat gloſum
deũ ⁊ creaturam, cui⁹ amorẽ deo ⁊ mãdatis eius
preponit. nõ nõ fm deuz ⁊ mãdata eius agit ⁊ fm
passionẽ suã et malũ habitũ alicuius vicij cui est
deditus. Et hoc est qõ dicit Greg. q peccatuz qõ
per penitentiã nõ diluitur mor suo pondere ad a/
liud trahit. sic patet in dauid qui lapsus in adul
terũ. q2 cito nõ penituit. addidit ⁊ homicidium
ordinando de morte vrie. ij. Reg. xi. Voluntas eri
am pctõris spũalia nõ gustat. q2 supfluo humo
re terreno2. s. amore infectus est vt infirmus ⁊ ei
vilescũt ⁊ fastidiũt spũalia. Potentia sensitiu
a seu sensualitas multipliciter vexat passionib
propter pctm. Glorioſus eñ de⁹ sic instituit do
minẽ vt rõ subiceret sibi. ⁊ inde sensualitas oĩno
erat subdita rõi, sed p pctm inobedientie rebellãs
se rõ deo immediate. ⁊ caro recalcitrauit spiritui
In cui⁹ signũ fm Aug. de ciui. dei senserunt sti
mulos carnis in mẽbris genitalibꝫ ꝓpter qõd eru
bescentes adinuicẽ fecerũt sibi perizomata. i. suc
cinctoria seu cooperimenta Gen. iij. Et potentia
quidẽ ꝓcupiscibilis non appetit nisi delectabilia
sensibus. ⁊ si ꝓtraria spũi. Caro eñ ꝓcupiscit ad/
uersus spũm vt dicit ad Gal. v. In cui⁹ figuraz
ancilla agar cõcepisse se videns ex abraam. etiam
pterua despiciebat dñam suã sarai, ⁊ cũ verberib
angeretur ab ea fugam arripuit Gen. xvi. ad desi
gnandũ q sensualitas que est ancilla rõis. postꝫ
per cõcupiscentiã conceperit peccatũ ex viro. i. ap
petitu rõnali despicit postea rõem. nec vult ei obe
dire. Sed ⁊ si alicui cogat quibusdã penis. vt ie
iunijs et disciplinis. ipa sensualitas fugit a rõe
nec ꝓpter hoc ei obedit sed vt libera vagat. Et in
tantũ excrescit ipa ꝓcupiscentia. vt nõ deferat na
turali federi seu propinquio. vt patz in amon pri/
mogenito dauid qui amore ꝓcupiscentie insani
ens in thamar sororẽ suã violenter constuprauit
eam. xij. Reg. xiij. Et de ruben qui ascendit cubile
patris sui iacob cognoscendo. s. vxorẽ patris Ge
nes. penul. Et de semiramis bellicosissima regi/
na niniue que duxit in maritũ filium suũ, sed ab
ipo interfecta est. Irascibilis potentia plena ẽ
perturbationib et vindictis illicitis. Vñ saul qui
prius erat pacacissimus, adeo q despicientes do
minũ eius sibi a dño traditũ patienter tolerauit
nec in aliquo molestari eos voluit post victoriaz
magnã habitam ꝓtra ammonitas, cũ tñ populus
hoc quereret postꝫ a dño recessit p peccatum. ita
turbulẽter et furioſus fact⁹ ẽ vt frequẽter p se ⁊ p
alios mortem que fierit generi suo dauid ei fide/
lissimi. et. lxxxv. sacerdotes occidi fecit. q2 abime/
lech princeps eorũ fauorem dederat ipi dauid cõ
cedendo ei panes et gladium golie et ꝓfulendo p
eo dominũ. i. Reg. xxij. Alexãder magnus victo
immersus ira et iracundus aliquando erat. vt fi/
delissimum et amicissimũ sibi propria manu in/
terficeret. Sensitiua q3 apprehẽsiua vt visus au
ditus. gustus et hmõi. ita efficiuntur inordinati
per curiositatem. q nec sacietur oculus visu nec
auris auditu. vt dicitur Eccles. i.

Vexatur pecca .ſ.III.

tor et detrimentum patitur in tertio genere bono
rum. que sunt precipua scilicet in bonis spũalib
que sunt sub triplici differentia.

Munimenta suffragiorum.
Fulcimenta meritorum.
Ornamenta virtutum ⁊ donoz um.

Ille qui est in gratia recipit suffragium ⁊ mu
nimen a sacramẽtis. ab indulgentijs. et a fidelium
actionibus bonis. Et a sacramẽtis quidez. q2
sumendo aliquid eoz cũ deuotiõe inde augetur
sibi gratia et fructus multiplex spũalium. vt illu/
minatio mẽtis. consolatio spũalis fortificationis
et hmõi. Sed ille qui est in mortali nõ põt acce/
dere ad ipa nisi cũ sui detrimento. Dicit Aug. i.
q. i. q sacramẽta talia fiunt vnicuiqꝫ cũ quali cõ/
scientia quis accedit. Qui cũ conscientia mortal
accedit mortẽ nouã anie incurrit p speciale mor
tale qõd addit. sicut dicit apls. i. ad Corin. xi. de eu
charistia. Qui manducat ⁊ bibit indigne iudici
um sibi manducat ⁊ bibit. Et si in confessione acce
dens cũ mortali ⁊ nõ contritus totum tñ dicens
forte nouũ nõ cõmittat mortale. tñ fructum ma/
gnũ confessionis nõ recipit. Si vero sacramenta
nõ percipit et vtilitate ipoz se priuat et manda
tum eccl'ie transgredit. ⁊ sic omni mõ vexatur
Ecdario vetus fidelis. s. cui est in gra. habet suf/
fragium ab eccl'ia in indulgentijs. Valent enim
indulgentie date a prelatis eccie ad tollendũ seu
diminuendũ penã talem debitã pro peccatis cõ
missis. Nã culpã ⁊ debitũ pene infernalis cõtra
ctum p mortali solus deus remittit. Cum autez
culpa cõmissa sit causa debiti pene. remanẽte cul
pa in anima. nunqꝫ põt fieri remissio pene Rõe
q2 remanente cã remanet effectus. Exempli gra
tia. Sol existens sup nostrũ emisperium est cã il
luminationis aeris, dũ ergo sol est sup nostrum
orizontem. semp aer inuenit illuminatus. Sic
remanente culpa in ania remanet ⁊ obligatio pe
ne. Et cũ peccata mortalia sint connexa q ad aver
sionem, q2 omnia auertũt ab vltimo fine. iõ qui
remanet in vno mortali. nullo modo põt habere
remissionem de aliquo alio mortali q ad culpam
nec veniali. ⁊ p. cõs nec quo ad penã. remanente

Capitulum.Tertium

m ordinatione culpe. Et sic indulgentie date a quocūqz siue a papa. sine ab epīs vel alīs nihil valēt his q̄ sūt in mortali. Indulgētie enim tm valēt q̄tū sonant. Sonāt aūt fm formā cōem. q̄ bīt eas qui fuerint cōtriti z cōfessi. vñ exīs in mortali nulli⁹ indulgētie est capax. Et si cēties iret ad sepulcrū dñi z limina ap̄lor. z haberet in dulgentiam in articulo mortis nil ei valent permanenti in mortali. cum receptur⁹ nō ē effectuz eius quāuis alias faceret quod cōtinet indulgē tia. puta. q̄ dat elemosinā ecclesie statutam. vadit ad illā ecclesiaz z hmōi. clamare igit hz. Miserere mei. Tertiū genus suffragij ecclesie est p̄ticipatio omniū bonorum que fiunt in ecclesia orationum ieiuniorum elemosinarum z hmōi. Assimilant. n. theologi. vt b. tho. z petr⁹ de tarā tasia z alij ecclesiā corpori humano. quā simili tudinē notauit ap̄ls ad ro. xij. Hōes. s. fideles sumus vnū corp⁹ in xp̄o. Eidem⁹ ēt in corpe hūano q̄ ex cibo assumpto oīa mēbra recipiūt nutrimētū z robur. nisi sint p̄cisa vel stupida. vt manus arida vel pes. Similiter ex oīb⁹ opīb⁹ bōis q̄ fiūt a bonis quilibet verus fidelis recipit p̄ticipa tōem z fortificatiōem. nisi sit membrū p̄cisum. s. p̄ sententiam excōicatiōis. vel aridū quod euenit p̄ priuatiōez viuacitatis gratie. i. p̄ mortale. Hoc intelligens p̄s. orabat dicēs. Participem me fac deus oīm timētium te z c. q. d. Da mihi gratiam tuam. qua sim liber a mortali. z extūc hōo p̄tem omnium bonor̄ que fiunt in ecclesia. His ergo suffragijs priuatus peccator. ñ miruz si diabolus hēt maiorē potestatē sup̄ euz. ad nocendū spūaliter z tpaliter q̄z super alios. vnde z super septē viros sarati babuit potestatē demoniū suffocandi eos. q̄ mali erant. nō autē super sarati vel tobiam. qui rimebāt deuz. Potestatez babuit ad ligādū z īmobilē reddēdū philetum discipulum Jacobi apostoli ante cōuersiōez ei⁹ nō autem post baptismū eius. Decim genus bonorum spiritualium est fructus meritorium z hec sunt triplicia videlicet. Merita agendorum. Merita gestor̄. Meirta seu subsidia aliorum. Et q̄tum ad primū. Unusquisq̄ ait ap̄ls. p̄priam mercedem accipiet fm suū laborem. Hō verū est de his que fiūt in gratia quantū ad mercedem glorie. Et quia charitas est radix meredi fm tho. in. iij. quodlibet aūt mortale contrariat charitati fm ip̄m. ideo existens in mortali nullo modo p̄t mereri. nec pro se nec p̄ alīs. aliquod bonum glorie seu gradum premij ecīni. Quez facit de genere bonor̄ qui est in mortali. z si ad multa bona sibi valeant. z tpalia z spiritualia. q̄ disponit p̄ illa ad gratiā z hmōi. non tamen de his mercedem accipit. vt cōgreget fructum in vitam eternam. Nec etiam reuerso tali ad veram penitentiā. illa bona reuiniscūt ad premiū glorie. vñ apostolus. i. ad Corin. xiij. Si distribuero facultates meas in cibos pauperū. z tradidero corpus meū ita vt ardeā. charitatem autem non habeam nihil mihi p̄dest. s. ad vitam eternam. vt exponit Aug. de pe. di. iij. Si quis. Et sicut q̄ viuū non fuit vnq̄z resuscitari non p̄t. sic viuere non p̄sit. s. opera mortua. que nunq̄z viua fuerunt fm Host. Quātū ad scōm. s. merita acquisita. verū est quod dr Aggei. i. Congregauerūt mercedes. i. merita ex bonis factis in gratia z miserūt eas in sacculum pertusum. i. p̄foratū. vnde egredit quidq̄d immittitur. vult dicere. q̄ qui acq̄rit alīq̄ merita p̄ opa virtuosa. ea amittit per peccatum quod postea cōmittit. si est tale q̄ perforet id est tollat vnitatem anime eius. vt est mortale. Nam p̄seuerans in eo si moriatur. premium non p̄cipit illorum meritorum. propter defectum suum z obstaculum peccati. quo se indignū fecit premio superno. Ad quod innuēdū dixit nobilis homo de illo seruo qui propter suā pigriciaz nō multiplicauerat mnaz sibi traditā familiaribus suis. Auferte ab illo mnaz. z date ei qui hēt decem mnas. vt parabolice hētur Luce. xix. c. Erogat ergo illud meritū inter electos Verum est tamen q̄ si ille reuertitur ad penitētiā merita illa que acq̄siuit i statu gratie. sibi restituuntur nō autem que fecit bona extra gratiam vt dictum est. vnde Aug. Pium est credere z fides nostra hoc exp̄postulat vt cum gratia christi destruxit mala p̄iora. etiam remunerat bōa. s. mortificata. s. p̄ peccatum. de pe. di. iij. Quantum ad tertiū scz subsidia p̄tricularia. Sciendum q̄ sicut corpus mortuū non potest aliquem iuuare nec ab aliquo iuuari. ita mortu⁹ per peccatuz in anima. non est capax operis boni. quod fit p̄ eo. inquantum est opus ipsuz satisfactiuū. Nec per se satisfacere potest p̄ opa quantuncunq̄z penalia. vt ieiunia peregrinationes elemosinas. et hmōi. Peccator enim inimicus dei cōstituitur p̄pter offensam commissam. Durante ergo inimicitia. nō acceptat deus aliquam emendaz vel satisfactioem. cū deficiat amicitia qua acceptat vnde p̄s. l. Edificētur muri hierusalem. i. virtutes cōgregate in anima destructe p̄ peccatum. q̄ reedificantur per penitētiam. Et tunc tu dē⁹ acceptabis sacrificium iusticie. i. religioinis et orationis oblationes elemosinaz. holocausta ieiuniorum. Insup̄ in mortali existens p̄ alio satisfacere non p̄t. viuo vl̄ defuncto. ex opīb⁹ mere propr̄ijs z directe. Nam indirecte hoc facere potest. puta. dādo elemosinas p̄ missis dicēdis. vl̄ alīs orationib⁹ fiendis a clericis p̄ viuis z defunctis. Quāuis enim elemosine tales nō valeāt illis ad expiatiōem p̄ q̄b⁹ fiunt. tñ misse z orōes dicte a clericis. etiā si sint malivalēt. non inq̄tum priuate p̄sone. sed inq̄tum ministri ecclesie. cuius

⁊ date tympanum psalterium iocundum cum cithara. ps. Sic exponit Gratianꝰ. xvij. q. i. ecclesias. §. se. Sumite. s. vos populi psalmū. i. diuina officia que p̄cipaliter sunt de psalmis. Psalmus. n. interp̄tatur laus dei. ⁊ officium totū est ad laudem dei. Sumite ergo diuina officia a clericis et date eis tympanum. i. tpalia, que idcirco dicunt tympanū. q̄ sicut ad sonū tympani bōes corpaliter gaudent ⁊ recreant. ita p̄ tpalia recreatur corpꝰ ⁊ letificat in sui sustentatiōe. Qui n. seminant spūalia ab eis debent metere corpalia. ⁊ qui altario seruūt viuere debent de altario ꝓm aplm. i. ad Cor. ix. et ꝑ Luc. x. Dignus est operarius mercede sua. ⁊ multa alia testimonia scripture q̄ ibi notat Gratianus. ⁊ ꝓpterea institutū est a deo ⁊ ecclia decimas dari in sustentationē ministroꝝ ecclie q̄ populis ministrant spūalia, vt diuina officia ⁊ sacramenta sed vt sint fructifera animabꝰ ista. s. psalmi diuinorum. ⁊ tympanū decimarū ⁊ oblationum. sit ibi psalteriū. s. decacordū. i. observatio. ꝛ preceptoꝝ. iuxta illud. In psalterio decē cordaꝝ psallite illi. ⁊ ista observantia preceptoꝝ sit cuz cithara q̄ dulcius sonat psalterio. vt dicit glo. et significat charitatem. Nihil. n. dulcius charita-

te. tunc psalteriū est iocūdum. i. obseruantia mādatoꝝ q̄n fit in charitate. Et diuina igitur ministranda ⁊ tpalia decimaꝝ danda cū obedientia mandatoꝝ ⁊ charitate. Ero. xx. Decimas ⁊ primitias non tardabis domino offerre.

Est autem triplex decima.

Prima decima spiritualis.

Secunda decima temporalis.

Tertia decima substantialis.

Decima spūalis .§. I

que figurabat ꝑ decimā materialē est būiliatio seu recognitio oīs sui boni a deo. ⁊ defectus sui a se. Decima est pfectiōis signū. q̄ denarius numerus est nūerus q̄dammō pfectus. q̄ est primus limes nūeroꝝ. Nā vltra nō ꝓcedit nisi replicando p̄teritos nūeros. Nouenarius est nūerus imperfectus. q̄ nō attingit ad decimū. Dare g̃ deo decimam spūaliter est quicq̄d pfectiōis in se est deo attribuere ⁊ quicq̄d defectus est sibi retinere. i. a se recognoscere ꝛm illud Osee. xiij. Perditio tua ex te israel. tantū in me salus tua. Id qđ facit qđ ait Piero. sup. Malachiam. Possumus decimas ⁊ primitias sic interp̄tari. Si q̄s doctus ⁊ eruditus in lege dñi pōt alios erudire nō dz sue attribuere prudentie ingenioq̄ qđ possidet. ꝑ grās agat primū deo qui cūcta largit. deinde sacerdotibꝰ et ministris a q̄bus est eruditus. xvi. q. i. Reuertimini

Decima tēpora .§. II.

lis est observatio q̄dragesime cū debita observatione ⁊ deuotione ⁊ ieiunio. Cū. n. ānus p̄ trecētos ⁊ sexaginta quinq̄ dies voluitur. ieiunando xxvi. qui sunt a prima ꝙdñica q̄dragesime vsq̄ ad pasca ieiunabiles. Nam sex dñicis diebꝰ qui interponunt nō ieiunat. q̄si ānī decimas deo damus. Est. n. xxvi. nūerus. x. pars dieꝝ anni. Hec Gre. de ꝙse. di. v. Quadragesima. quibꝰ tū quatuor dies priores additi sunt ab ipo Gre. vt cōformemus nos xp̄o in ieiunio qui q̄draginta diebus ieiunauit. Sed vt pfecte des decimā ahui? tpis dēs hoc tpe primarie abstinere a vitijs. Et sicut quatuor hōris stetit xp̄s in sepulcro seu mortuus ita illis diebꝰ sis mortuꝰ sensibꝰ exteriorib⁹. i. mortificat?. Et sicut q̄tuor diebꝰ stetit in mūdo post resurrectionē ad ꝓfectandū discipl̄os ⁊ visitandū. ita illis diebꝰ magis insistas eleēsynis ꝓximoꝝ. Et sicut. iiij. ebdomadis stetit in vtero virginis. ita illis diebꝰ vacet deo orōi ⁊ puritati. Et sicut quatuor mēsibꝰ p̄dicauit in mūdo. ita illis diebus audias p̄dicationes.

Decima substā .§. III.

tie temporalis est decima ꝑ fructuū quos quis recolligit in terris suis. De quibus dicitur Leui. xxvij. Oēs decime terre siue de frugibꝰ siue de

pomis arbo⁹ñ dñi sunt.⁊ q⁹ hmõi decime ñ deñt ꝙquerik dñs dicens .Malachie.iij.c.Si affligit hõ deũ q⁹ vos ꝓfligitis me⁊ dixistis.In quo cõfligimus te.in decimis⁊ pmitꝫ⁊ penuria⁹ os male dicti estis.q.d.q⁹ nõ dedistis decimas.iõ bñistis maledictionẽ penurie.Et subdit.Inferte oẽm decionẽ in bo⁹rea mea vt sit cib9 ī domo mea ⁊ ꝓbate me si nõ effudero sup⁹ vos catharactas celi ⁊c.Et dicit Aug.Decime ex debito requirũ tur.⁊ qui eas dare noluerint.res alienos inuadunt.xvi.q.i.Hoc tñ intelligendũ cũ req⁹erent vt.j.declarat.Et Inno.dicit q⁹ in signũ vniuersalis dominꝫ q̃li q̃dam tꝫspeciali dñs sibi decimas reseruauit extra de deci.c.cũ non sit.Ponit aũt Ray.multa mala q̃ ꝓueniũt nõ dantibꝫ decimas.Ẽ Aug.Cũ decimas dãdo celestia⁊ terrena possis ꝓmereri,p auaricia tua duplici bñdictione fraudaris.Hec est.n.dñi iustissimi ꝙsuetudo vt si tu illi decimã nõ dederis.tu ad decimã reuoceris.dabis impio militi q̃ nõ vis dare sacerdoti.xvi.q.i.c.Decime.Itẽ Aug.e.q Nõ.n.deus nr̃ postulat premiũ ꝑ bonorẽ⁊ q̃ dignat⁹ẽ nobis totũ dare decimã dignat⁹a nobis recipere nõ sibi ꝑ nobis,p culdubio ꝓfuturã.Antiq prẽsiõ oĩbꝫ copijs abũdabant q⁹ decias dabant.Qui nõ accipit xp̃s accipit fiscus.xvi.q vij.Maiores Ecõtra remũeratio dantiũ decimas ꝑm Ray.ẽ q̃druplex.s.abũdantia fructuũ.sanitas corporis remissio pcõꝝ⁊ celeste premiũ.De primis duabus dicit Aug.Si decimã dederis nõ solũ abũdantiã fructuũ.ꝑ⁊ sanitatẽ corꝑis ꝙseq̃ris.xvi.q.i.Decime.De alijs duabꝫ dicit in eo.c.Qui ꝑ sibi premiũ cõpare aut indulgentiã pcõꝝ desiderat,p mereri.reddat decimã.⁊ de nouẽ pribus studeat elemosynã dare pauperibus.Videndum ꝑ quid sit decima⁊ q̃d primitie de q̃bus dẽant dari.a quibꝫ ꝑsonis⁊ quibꝫ locis.⁊ an excusent a peccato nõ dãtes vbi nõ ꝙsueuerunt dari.Nota primo Hiero.sup Ezech.ponere multiplicẽ decimã.⁊ bẽtur extra de deci.c.i.vbi dicit.Decimã ptem oĩum frugũ Leuitice tribui ꝑ⁹ ex lege debebat.Rursus ex ipis decimis leuite hoc est inferioꝝ ministroꝝ grad⁹ decimas dabãt sacerdotibus.Erãtq⁹ alie decime q̃s vnus q̃sq⁹ ex ꝑ⁹ israel in suis bo⁹reis refuabat vt comederet eas cũ iret in Hierusalẽ in templũ⁊ in vestibulo tẽpli sacerdotes⁊ leuitas ad ꝙinium inuitarent Erant⁊ alie q̃s pauperibꝫ recondebant.Alt vero primitie q̃s de frugibꝫ offerebãt.nõ erant ꝙsecialiter nõie diffinite.ꝑ offerentium arbitrio derelicte Traditionẽ q̃z accipim⁹ hebreoꝝ nõ lege p̃ceptã sed arbitrio mgrõꝝ inolitã q⁹ qui plurimũ quadragesimã ptem dẽt sacerdotibꝫ qui minimum sexagesimã.Inter quadragesimã aũt⁊ sexagesimam licebat q̃cunq⁹ voluissent offerre hec ille Quare aũt primitie dent⁊ quõ hoies ad ꝑ tenant.Dicit.be.Tho.se.se.q.lxxvi.arti.iiij.Q⁹ deo debem⁹ exhibere id q̃ ꝓcipuũ est iõ offerebant primitie in recognitõez diuini bñficij.s.q aliquis,ꝓueak fructus terre a deo recipe.Et dabantur ex primis fructibꝫ tanq̃z quid ꝓcipuũ.et q⁹ sacerdos ꝓstituit ꝑ⁹ in bis q̃ sunt ad deũ.iõ primitie cedebant in vsum sacerdotũ.ꝑtinet autem ad ius naturale vt ex rebꝫ sibi datis a deo aliquid tribuat ad suũ honorẽ.Sed q⁹ talibꝫ ꝑsonis exhibeant.s.sacerdotibꝫ aut de primis fructibus aut in tanta ãnitate hoc fuit in lege veteri determinatũ.In noua aũt lege ꝑ determinationem ecclesie diffinit vt primitias hoies soluant ꝑm consuetudinem patrie⁊ indigentiam ministroꝝ ecclesiarum.Unde.xvi.q.vij.dicitur.q⁹ decimas⁊ primitias quas iure sacerdotum esse sentim⁹ ab omni populo accipere debent.Decima autez propria⁊ vera est decima pars omnium bonoꝝ iuste acquisitoꝝ deo debita.extra eo.Tua nobis.Unde ꝑm Ray.dari debent ꝺ omnibus fructibus terrarum arborum.corꝝz nutrimentis animaliũ.lana.lacte.feno.lignis.piscationibus.venationibus afflictis pensionibꝫ molendinis etiam ad ventũ balneis.fullonijs.metallarijs.lapidicinijs.de lucris ex negocijs cõsecutis⁊ artificijs⁊ ceteris bonis.xvi.q.i.Decime⁊ q.vij.c.Quicũq⁹ recognouerit extra eo.cõmissum.⁊ c.Nuncios.Et generaliter de oĩ lucro licito ꝑm Hosti.⁊ Tho.Fit aũt talis distinctio de decimis.q⁹ quedam sunt ꝑsonales q̃dam prediales.quedam mixte.Personales sunt que debentur ex negociatione⁊ artificio seu scientia id est ex lucro acquisito ꝑ scientiã vt ꝑ lecturas aduocationes.consultationes⁊ buiusmodi.militia.venationes.piscationes.officio regiminis⁊ buiusmodi.⁊ hec ꝑsonales dari debent ecclesie parrochiali seu baptismali.vbi quis audit diuina⁊ recipit sacramẽta.vt.xvi.q.i.Questi.⁊ xiij q.i.§.i.⁊ hoc nisi aliud obtineat de consuetudie extra eo.c.i.⁊ extra de deci.c.Ad apostolice.vel nisi ꝓscripte sint.que tamen ꝓscriptio ꝑ laicuz fieri non potest.hoc Ray.Hostien.⁊ Tho.Reges tamen⁊ principes personales decimas soluent episcopo illius diocesis in qua habent principale domicilium ꝑm Innocen.⁊ possunt dari personales decime in fine anni.argu.extra de pigno.c.ex literis. De re etiam donata vel legata notauit.Hug.xvi.q.i.Decie.q⁹ oz dari decima.licet fuerit decimata a legatore vel donatore. Sed de successione hereditaris paterne filij⁹ nõ tenet si decimata sunt bona a ꝑe,sed heres extraneus bñ tenet.De illicite acq̃sitis in casibꝫ vbi comperit restitutio.vt in furto.vsura.iniusto bello⁊ hmõi.vel vbi de necessitate optet vt fiat eorogatio vt in symonia nõ debet dari nec recipi decima ꝑsonal.Sed in alijs illicite acq̃sitis.vt per

Capitulū Tertium

turpitudinē debet dari si peccatū est occultū non aūt si est notoriū dz recipi ſm Lyo. Decia pe vialis est que puenit ex ipsis pdijs extra eo. Ad aplice. ⁊ c. Pastoralis ⁊ ſm Hosti. dñt dari in/ distincte a possidente pdia siue iuste siue iniu/ ste possideat. Et nō solū si possideant pdia a ca tholico ſz etiā hæretico iudeo vel pagano. ex. eo. c. De terris. Et rō hui⁹ ē. q⁹ dant rōne pdioꝝ et e.c. De terris etiā si fuissent seminata semie surti⁹ et hmōi. Lyo. ⁊ Ray. Q⁹ si qs arborē ex alia in silua portet ad locū vbi multo plus va leat ſm Inno. soluet decimā eccie vbi sita ē silua deductis expensis qs fecit in transferendo. ⁊ dz dari prochie in qua sitū est pdiū hmōi decima pdialis xvi. q. i. Si quis laicus. et xij. q. i. §. i. et extra eo. Qñ. Et hoc nisi aliud obtineat cōsuetudine. et debent dari decime nō deductis expē/ sis nec etiā illis q̄ fiunt p fructibꝫ colligendis. extra eo. c. Cū sint homines. Debēt dz dari stariz qñ fructus percipiuntur anteq̄ inde sepet cens⁹ vel tributū et hmōi. Q⁹ si prius fuerit facta di/ cta sepatio dabitur nihilomin⁹ decima integra extra eo. ca. Cu nobis. Utrū aūt debeant depor/ tari ad eccīam vel dari in agris et vineis. dicit hosti. in hoc standum esse cōsuetudini. extra cōse/ pūl. c. Certificari. Decima mixta est q̄ de agnis et alijs fetibꝫ animaliū, puenit q̄ sunt in pascu/ is prim. n. ista decima, puenit a predijs vbi pa/ scunt aialia et sic sunt pdiales. prima custodia psonaꝝ. et sic sunt p̄sonales, pterea dicunt mi/ te Et iste ſm Hosti. vnde sunt illi eccie vbi ē consuetudo dandi. Q⁹ si nō appareat cōsuetudo dandi si aialia primue. pascunt in prochia eius qui ē dñs ipoꝝ et qui gerit curā eoꝝ. dari dz p/ prie prochie Si autē pascuntur in alia prochia diuidi debent inter eccīam vbi pascunt ⁊ primā ex. cōtelia. c. Relatū. Sz Lyo. ⁊ Ray. dicunt q̄ cōlacte. setu. et lana debet dari eccie vbi pascunt In hmōi aūt decimis nō tenent dare optima nec tenent dare magis vilia. sed mediocria. xvi. q. i. c. Decime. Item nota q̄ si pascua, p aialibꝫ annua nim vendant ſm Inno. decimā pcij soluent illi eccie vbi sunt pascua. Sz si dñs fundi patiatur gratis pasci bestias in fundo. cū herba quā euel lit bestia transeat cū onere suo. ſ. decime dñs be/ stie tenebit dare etiā decimā valoris herbe. ff. de vsufruct. l. Si vsufructus. Utrū decime pñt pre scribi Rñdeo a laicis nō. ex. de pscrip. c. cām. § a clericis sic si prochiaz hñt. ex. de pscrip. c. de quar/ ta. Religiosi q̄z si nō habent prochiā ipas pscri bere nō possunt. q⁹ nec possidere. xvi. q. i. Placu it. Sz si hñt tunc rōne prochie eas pscribūt ex/ tra. eo. c. cū contingat. et c. cū in tua. Et nota q̄ qs q̄ dicit se pscripsisse decimas in alieno epa/ tu oportet q̄ alleget et pbet titulum q⁹ ius cōe est contra eum nisi tanti tpis alleget pscriptio cui⁹ ptrarij memoria nō existat ex. de pscrip. c. ep̄m li. vi. Item nota q̄ si consuetudo percipiendi decimas fuerit pscripta in vno pdio alicui⁹ prochie non extendit hoc ad aliud pdiū qd de nouo colit. ex. eo. c. cū contingat. Item qui diu decias nō soluit. et tunc vult soluere non debet soluere illis q̄ ex so/ la pscriptione decimas bacten⁹ percepērūt. sz ec/ clesie prochiali ſm Guil. Utrū decime illaruz rerū de quibꝫ nō consueuerūt dari antiquit⁹ debeā tur illis q̄ eas hñt in feudū. vl eas recupauerīt aut eccie. Respondet Ray. Videt q̄ milites q̄ alias decimas recipiūt possint illas petere eo q̄ illis terra illa ab antiquo fuit decimalis. ⁊ vna eadē res nō debet duplici iure censeri. ex. eo. cuz in tua. Vel forte verū in monasterio vel eccīa. se cus in laico q̄ nō dz eas recipe sic nec etiā decias noualiū. Utrū cōsulendū ē q̄ soluant prochiali eccie. Idē Hosti. Item sciendū ſm Ray. q̄ si qs tenet decimas in feudū. nō pter hoc recipiet de cimas noualiū. § debēt eccie prochiali q⁹ hmōi pcessiones ⁊ priuilegia sūt arranda nō amplia/ da. ex. eo. tua. nisi forte sint religiosi et ex priuile gio decias percipiant. q⁹ perciperēt etiā noualiū. ex. eo. in. c. Ex parte el Secūdo q̄ si ipi religiosi non ex priuilegio decimas alic⁹ eccie percipiebāt ſz ex pscriptione. tūc decime noualiū non eis sed ec/ clesie sunt soluende ex. eo. c. cum contingat.

Aquibus de .§.IIII.

bent dari decime. Rñdeo q̄ dñt dari decime ab omnibꝫ laicis. xvi. q. vij. decimas. ⁊ ex. eo. c. Et no bis. Item clerici tenent ad decias nō de ecclesijs sed de rebꝫ suis, extra. eo. c. ij. Item religiosi tā ex empti q̄z non exempti de terris ⁊ possessionibꝫ suis acquisitis et acquirēdis tenent integre sol uere decimas illis quibꝫ eedem possessiones fue rant decimales. extra eo. c. Statuto. li. vi. Item le prosi tenent ad decimas si tm sint cōiter viuen/ tes non tenent de ortis ⁊ nutrimentis aialiū. v/ bi etiā intelligunt fetus. Et ista pdicta intelligi sūt de iure cōi. secus si qs hz aliq̄d ex priuilegio Item iudei ⁊ si ad decimas psonales nō teneant q⁹ nō recipiunt diuina nec sunt de eccīa. tm tenē tur ad decimas pdiales. ex. eo. c. de terris. Item ſm Lyo. se. se. tenent clerici dare decimā pape req/ renti. Nā in veteri testamento mādauit dñs le/ uitis recipientibꝫ decias a pplo ipos dare decias decime sūmo sacerdoti. Naturale ei rō dictat vt ille q̄ hz curā de cōi statu, puideat sibi vñ possit exequi ea q̄ pertinēt ad cōez salutē. Tenent gē cle rici dare decimā sūmo pontifici si exigat. Item vē dendo aceruū ante decimatōem. eccīa hz actōez in decima contra vtrūq̄z. ſ. et emptorē q⁹ res trā siuit ad eū cū onere decimaꝝ ex. eo. c. Pastoral. ⁊ contra venditorē, pter dolū eius ⁊ q⁹ hz pcium rei vendite, xij. q. ij. Monemus. pōt gē petere a q̄

t

maluerit. sed si recipit ab vno liberatus est alt
Item cū collectis fructibus decime statim de
beant dari si nō soluantur statim. nō ꝓpetenter
solui possunt. et si ante solutionē aceruꝰ p fur
tum vl rapinam de area vel areba sublatus fuit
tenetur rusticus ad dandū decimā. qz fuit i mo
ra et sic periculū spectat ad eum. Sz si nō fuit i
mora non tenet. sed aget eccia contra actorē Et
similiter non tenet si sacerdos fuit cā more.

Qualiter et quā .§.v.

do teneant dare boies decimas ex ꝓcepto. Dicē
dum fm Tho. se. se. q. lxxxvij. Preceptū de solu
tione decimaꝝ. prim ē morale indictū rōne na
turali. prim ē iudiciale robur habēs ex institu
tōne diuina. Cōueniebat etiā cū cerimonialibꝫ
cōtum ad aliquā significatōem. Morale q̄dem
inquantū rō natural dictat vt his q̄ diuino cul
tui mīstrabant pl's necessaria mīstraret. Quis
esī militat vnūcuiq; stipendijs suis. ait apl's. i. ad.
Cor. ix. Judiciale ē quantū ad determiatōez cer
te ptis. s. decimā que determinatio introducta ē
ex institutione diuina ptinens ad equalitatem
fm ꝯditionē illius pl'i ꝙseruandā. qz tribus le
uitica diuinis ministerijs mācipata possessionē
nō habebat. et iō dns voluit eis dari decimas a
pl'o. Cerimoniale ē i quātū significat qđ quic
quid pfectionis ē in nobis deo debem⁹ attribu
ere. impfectionē vero et defectus nobis reserua
re. i. a nobis recognoscere. Denari⁹. n. numer⁹
quia est primus limes numeroꝝ signat pfectio
nem. et nouenarius defectū z impfectionē. Est
aūt hec dꝛia inter cerimonialia et iudicialia ꝓce
pta. qz cerimonialia illicitū ē ꝓuare tpe noue le
gis z mortiferū. Judicialia vero et si nō obligēt
ad obseruandū. tñ absq; pctō possunt obseruari
z ad eoꝝ obseruationē obligant aliqui si statuā
tur p legib⁹ auctoritate eoꝝ quoꝝ est condere le
ges. sicut si aliq̄s princeps statu eret. vt qui fura
tus fuerit ouē reddat p ea quattuoꝝ subbiti il
lius tenentur ad obseruantiā eius. Hūc aūt in
ꝓposito determinatio quote. i. decima cū sit iu
diciale. ꝓprie stricte. nō aūt cerimoniale nisi lar
ge rōne significationis spūalis p quē modū oīa
in figurā ptingebant illis. Assumpta est ista de
terminatio ab eccia tempore noue legis p statu
to seu lege. vt. s. non minus pl's noue legis ꝙfe
rat ministris noui testamēti q̄z pl's antiquus
ꝙferret mīstris veteris legis. cū ad maiora tene
atur. et nobiliores sint ministri noui testamēti
q̄z veteris vt ostēdit apl's. ij. ad Cor. iij. Sic igi
tur ad solutionē decimaꝝ tenent boies. prim ex
iure naturali. quod semp durat quantū vicz ad
istud vt ministri eccie a pl'o sustentent. sed nō
magis p decimas q̄z p aliuz modū. ptim tenēt
ex institutione eccie. s. quantū ad quotā. i. deci
mam que tñ pensatis oꝛtunitatibꝫ temꝑis
z pſonaꝝ posset aliā partem determinare. vbi ḡ
est cōsuetū dari ex ꝓcepto tenentur ad eas.

De non dantibus .§.vi.

decimas vtrū excusent a pctō et eo. qz nō ē
ꝙsuetū dari in illis pt̄ibꝫ vel dat vix centesima
et de quibusdā tantū vt frumento et vino non
de alijs fm ꝙsuetudinem loci. De decimis pso
nalibus dicunt Ray. et Hosti. in summis suis
q̄ cum sint nō de iure diuino sed hoīs ꝓcep
to. Nā leuit. vl. fit tantū mentio de p̄dialibꝫ z
ꝙsuetudo tollat ius humanū. vel in totū si est ge
neralis. vel in ptem si est ꝓticularis. di. xij. c. con
suetudo. iō non soluentes i pas vbi est cōsuetu
do non soluēdi. excusantur a culpa. Nam⁹ nec
sario ille sunt soluende que debent ex lege diuī
na. s. p̄diales. vl loci ꝙsuetudine approbata. ex. de
In aliqbus. Idem dicit Hugo cardinalis cu
ius sn̄iam ponit z tenere videt. Archi. xvi. q. vij
et ex. eo. Discretioni. li. vi. De p̄dialibꝫ aut est
maior difficultas et cōiter canoniste vident te
nere q̄ ꝙsuetudo nō soluendi nō excuset a pctō
non soluentes. Et aliqui assignant istā rōnem
quia sunt de iure diuino Sed nulla cōsuetudo
pōt tollere vel p̄ualere iuri diuino. vt dis. viij.
p totū ergo dc. Sed ad hoc rñdet Joh. neapol.
in quolibet. iij. q. xij. qz videlicet dupliciter pōt
dici aliquid ee d̄ iure vel de lege diuina: Uno
mō stricte p eo quod est de iure naturali et d̄ p
tinentibꝫ ad fidē z sic est verꝫ q̄ ꝙsuetudo nō pt
tollere tale ius diuinū. Sed isto mō accepto. so
lutio decime nō est de iure diuino et naturali. si
bene sustentatio ministroꝝ a pl'o qđ pōt fieri p
reddit⁹ beneficioꝝ et oblationes z alios mo
dos. Alio modo dicit aliq̄d de iure diuino lar
ge. i. p omni eo qđ ꝓtinet in scriptura siue sit iu
diciale siue cerimoniale siue morale. Et isto mō
ꝙsuetudo pōt tollere aliqđ ꝓceptū de lege diuīa
puta iudiciale quod erat assumptū p statuto ci
uitatis vel eccie. et sic est in ꝓposito. Vel pōt di
ci si dicat q̄ decime sunt de iure diuino et natu
rali q̄ exactio seu redditio nō est de iure diuino
sed ius exigendi et debitū reddendi si petuntur
seu ipsa redditio. Et sicut quilibet pōt remitte
re ius suū ita eccia fructus decimaꝝ qđ facit nō
petendo. Alij vero assignant istam rōnem. quia
p̄supponendo q̄ soluto decime sit d̄ lege eccie
tñ legē scriptam nō pōt tollere ꝙsuetudo nisi sit
rōnabilis et p̄scripta. vt dicit ex. de ꝙsue. c. fi. et
dicit rōnabilis quā nō ꝓbat ius sed toleratur a
iure. et irrōnabilis q̄ impbat a iure. vt dicit ibi
Ber. in glo. z Archi. Sed ista ꝙsuetudo nō dan
di decimas reꝓbat a iure. Ad hoc pōt rñderi.
q̄ fm ꝓ. de ancha. sup. c. Statutū in clemē. Cū
decretalis aliqua isto modo loquitur infringit

Capitulū Tertium

vtiqz ꝓsuetudinē quo ad illud tp̄s in quo statu
itur. Sed si post edictā decretalē adhuc duret
ꝓsuetudo in ꝯtrariū p debitū tp̄us infringet p̄
modū ꝓsuetudo decretalē si papa scit et tolerat
In hoc tū sunt varie opiniones. s. si consuetu
do sequēs possit infringere ꝓstitutionē que re
probat ꝓsuetudinē in ꝯtrariū Vide supra d hoc
in prima ꝑte ti. c. de cōsue. dicit aūt Tho. se. se. q
lxxvij. q licet eccīa possit requirere decimas tū
laudabiliter nō requirit eas in locis in quib⁹ si
ne scandalo requiri nō possent p̄ dissuetudinez
vel aliā cām. nec tū illiqui nō soluūt in illis lo
cis sunt in statu dānationis. nisi forte ꝓpter ob
stinationē habentes voluntatē nō soluendi etiā
si ab eis peterent. Idē sentit Alexander d ales
in summa. Nō tū videt sufficiens requisitio cu
rati ad hoc q teneat reddere vbi nō ē d ꝓsuetu
dine exigendi. De papa nulli dubiū q ipo or
dinante q exigerent vbi nō est ꝓsuetū tenerent
hoīes Quo vtrū ad requisitōez diocesani teneant
dubit. et iō ad papā tūc recurrendū et ꝓsulendū
Idē Tho. sup Gen. c. xliij. dicit q vbi nō est cō
suetudo dandi decīas. et clerici habēt sufficiente
victū nō tenent hoīes ꝓ illo loco et tp̄e dare de
cimas. Sed vbi ē ꝓsuetudo dandi vel mūtri ec
desie nō habent sufficienter tenent ad dandu
Ptē Tho. in quolibet. sic dicit et melio. Nulla
ꝓsuetudo ꝯtraria soluit hoīes ab obligatōe red
dendi decīas q hec obligatio fundat sup ius di
uinū et ius naturale. vnde semp tenent hoīes
reddere decīas si eccīa exigat. ꝯtraria etiā ꝓsuetu
dine nō obstante. et in terris in quib⁹ ē ꝓsue
tudo q decime soluant ipa ꝓsuetudo q̄si expo
sulat decimas. vñ peccaret q nō redderet. Sz i
terris in q̄b⁹ nō est ꝓsuetudo cōis q decie tent
eccīa nō petit videt eccīa remittere dū dissimu
lat. et ideo hoīes in terris illis nō peccāt decimas
nō dando. Dupz. n. esset dicere q oēs hoīes ita
lie et ptū orientalū q nō dant decīas damna
rent. Et hmōi argumentū possum⁹ ab aplo ac
cipere cui cū deberent necessaria victus ab his q
bus p̄dicabat tū nō accipiebat. nec tū peccabant
q̄ nō dabant. alioq̄n male egisset cū eis aplus
nō accipiendo. Iō aūt apls nō exigebat qō sibi
debebat ne offendiculū daret euāgelio. Cū nō
bene facerent rectores eccīaz si in terris illis de
cimas exigerent vbi nō est ꝓsuetudo dari si pba
biliter crederēt q ex hoc scandalū oriret. Dō dāt
in aliquib⁹ terris milites exigant decīas hoc nō
est q ipi habeant ius exigendi decīas q cū hoc
sit ius spūale qō debet mūtris nō cadit in laicā
psonā. Sed illeres tpales q̄ de iure exiguntur
a clericis. s. fructus decīaz et cōcessione eccīe da
te sunt illis ꝓpter q̄dam seruitia facta ab eis ec
clesie. sicut etiā eccīa pōt remittere ipsos fructus
qui dant p decima. nō tamē remittit ius exigen
di decīas. nec tollit debitū reddēdi. B. Tho. qui
hec dicit de decimis simpliciter et indistincte si
ue p̄dialib⁹ siue psonalib⁹. Et huic. s. mie satis
ꝯcor. dicta Guil. et Archid. in p̄dialib⁹. et dicta
Jo. an. d quibuscūqz si bene et nō superficialiter
intelligant et sunt ista Archi. et o sup. c. discretō
ni. et. de dec. li. vi. postqz ostidit p multa ꝓpa et
dicta sanctoz in decretis et decretalib⁹ posita de
cimas esse debitas ecclesiis Addit tū sic. In hoc
dicebat frater Hugo magister in theologia q
decime p̄diales debentur et p̄cepto. sed nisi pe
tantur nō tenent dare sed si petantur et nō sol
uantur ab illis q̄ dñt tūc peccant mortaliter et sic
dicent loqui iura de decimis q sunt cogēdi ad
solutionē p censurā eccīasticā. et hanc iniam vi
detur sequi Hosti. in glo. sup. c. a nobis et. eo. d
su. Quinqz. j. canones. hec Archi. Jo. vero an.
sup. c. a nobis et. d dec. et primi ui nouella. p̄
multa p que ꝓbat decimas de necessitate solue
das sic ꝯcludit. Quicūqz g̃ monitus nō soluit i
tegraliter decimā negari nō potest quin peccet
mortaliter. q transgressoz diuine et humane le
gis nec nō et iudici ꝓrumat reperit. vñ et excōi
cari potest. Et hoc ꝓbat Lodouicus imperator iu
bens ne ꝓtextu incestus clericoz remaneat. s. decī
ma. et dicit sic. Qui d decimā post trinā admo
nitionē et sacerdotū p̄dicationē dare neglexerit
excōicet. vt in Lombardia de dec. l. vi. Et p hoc
dicunt quidā q in regionib⁹ illis vbi de morte
nō soluit decīa nec p̄dicat nec exigit. nō peccant
mortaliter hoīes q̄ nō dāt decimas. qualis roma
na eccīa videat sup hoc saltē quo ad ꝑterita di
spensare ne ꝓringat tantam multitudinē in hac
cā damnari. ar. j. e. c. In aliquib⁹. et in eo q̄d legi
tur. de ꝓse. eccle. c. aqua. et d cle. et. vl̄ interdic.
mini. c. si celebrat. Alij vero dicunt q cū ad solu
tionē decime ex p̄cepto quilibet sic obligat. sem
per peccat nō soluēs ar. extra eo. Et transmitta.
et semp ē in mora sicut fur. Et hec opinio videt
sm rigoz iuris ꝓferenda. prima tū benignioz et
efficatioz est. Et ideo ad vitandū aiaz piculū ex
presse est appellandū ar. supra de ap. c. fi. Aliud
aūt p certo teneas q quantūcunqz clerici de in
quāt vl̄ decimis abutant. nunqz tu bñt d hoc lai
ci disputare. nec dñt ꝓpter hoc decīas detinere vt
infra. eo. c. Tua nobis. hec ibi. et sic videt ꝯcor.
cū Tho. Jo. vero Neapo. in. iij. q uolibet. q. vi. si
sic dicit q p̄ceptū de decimis dandis non obli
gat q sit de iure nature vel de iure scripto i no
ua lege vel in veteri quantū ad decalogū et mo
ralia sed in quantū vel iudiciale vel cerimonia
le. Et q hmōi iudicialia vel cerimonialia tran
sierūt nō obligant. Cū Aug. dicit in q̄dā ep̄la hoc
q sabbata obseruare. et decimas dare. et circūci
sionem facere. et hmōi unpfecta erant transie
runtqz omnia et pfecta sunt. Sed obligat hoc

preceptum de decimis q̄ē de iure positiuo pape qui preest toti eccīe cuius est statuere marīe talia q̄ videnť ad cultū dei ordinata. et ad sustētationē eoꝝ q̄ vacāt diuino cultui q̄ vt eēt q̄dā ꝓsonantia ꝛ noui ꝛ veteris testamēti. statuit vt taratio veteris testamenti de decimis seruareť et tiā in nouo q̄ posset etiā statuere si ei videretur ꝓpter aliquā cāz rōnabilē q̄ pl⁹ vl̄ min⁹ dareť. et tale statutū oēs obligaret. Cōsuetudo aūt nō dandi decīas in aliq̄bꝫ terris q̄diu tolerať ab illis qui p̄sunt eccīe. et marīe a papa ꝓpter cui⁹ statutū oēs obligāť excusat q̄tū ad hoc q̄ q̄diu nō petunt pñt licite tenere. ℔ si peterentur marime ꝺ ꝓsensu pape in talibꝫ terris oēs tenerenť dare. hoc eī esset iam āpli⁹ hāc ꝓsuetudinē nō tolerare seu approbare sed destruere. Ulñ sicut lege abrogatā p̄trariā legē si legislator reuocarz oēs obligaret. renouata sic ꝓsuetudine pōt destruere nō tolerando ꝛ oēs ad sui statuti obſuātiam obligaret. cui statuto videtur derogari per ꝓtrariā ꝓsuetudinē q̄diu fuerit tolerata. ꝛ qua si p̄sequēs approbata. Ul. aūt dicit q̄ñ nlla decima soluť videť q̄ dñi p̄dioꝝ breui manu soluerint eccīe decīas. ꝛ q̄ eis deinceps eccīa redonauerit. Inno. aūt multū rigide incedit in ista materia dicens q̄ in eo q̄ decime nō soluūť vl̄ minus plene redduntť nulla ꝓsuetudo valet vl̄ excusat a pcō. An. ꝺ bu. dicit q̄ canonista nō est bonus determiātor in ista materia sed theologus cui⁹ scīa est ius diuinū. vñ cū sint decīe de iure diuino et ad theologos magis spectet declaratio ꝛ determiātio dubioꝝ circa ius diuinū q̄z ad canonistas. videť q̄ theologis sit standū i materia decimaꝝ magis q̄z canonistis. Dicit etiaz q̄ cū fuerit ꝓfessus ipe plurib⁹ ꝓbis ꝛ famosis viris mgīis in theologia nulla ē sibi facta ꝓscia de solutione decīaꝝ. ipe tñ videť tenere q̄ sint soluende. ℔z nota q̄ in hoc oēs ꝓcor. q̄ vbi est ꝓsuetudo dandi. oīno bōies teneňť ad dandum et debet eis fieri ꝓscia. Dicit tñ Hosti. q̄ ꝓpositio inter p̄sonā eccīasticā ꝛ laicos sup aliqua parte decime seu quota ꝺ ꝓsensu p̄lati supioris valet. Ray etiā dicit q̄ si q̄s retinuerit decimas lōgo tempore. et nūc veniens ad pnīam petit sibi remitti q̄z alias oporteret eū mendicare. sacerdos si videt ipm ꝓtritū et p̄ces eius inniti veritati. debet sibi remittere tanq̄z paupi cū hoc eidē postea dare deberet. xvi. q. i. qm̄. Ull. addit q̄ etiaz si ē diues potest in totū vel in ptez dimittere et quo vult in posterū abstinere. Si q̄s aūt velit simpliciter intelligere Ale. illā. s. q̄ teneanť ꝓfessores facere ꝓsciaz ꝓfitentibꝫ etiā si in hoc nō fuerint requisiti q̄z ꝺ hoc alij doc. nihil dicūt. tūc videť sufficere q̄ faciat ꝓsciam p istū modū. s. q̄ si exigerenť sint pati dare ad mandatū eccīe. alias vt dictū est nō essent in statu saluris. q̄z ꝓtempnerent p̄ceptū eccīe. vbi est ꝓsuetū dare ꝺ toto facere ꝓsciam vt dent. vbi vero ꝺ aliqua quota et pua ꝓsueuit dari. illā dēt. Nec tñ videť q̄ oporteat facere conscīaz nisi principalibꝫ domus Nam filijfamilias serui et hmōi dare nō pñt.

Capitulum quartum de iactantia.

Iactātia secūdū

Grego. est filia inanisgloríe et ꝓt sic describi q̄ est vitiū quo quis se verbis extollit sup illud quod est vel qđ hoīes opinātur de eo. Uirtuti veritatis opponiť p̄m spēz actus. q̄z cōiter in ea reperiť falsitas. ℔z p̄m cām suā ex qua ꝛ si nō semp tñ vt frequenti⁹ accidit ꝓtrariaťhumilitati. Nā ꝓcedit iactantia ex sup bia sicut a cā interi⁹ moriua et ipellente. Ex hoc eñ q̄ aliquis ꝑ arrogantiā interi⁹ supra se eleuatur. sequiť plerūq̄z q̄ exteri⁹ maiora q̄dā ꝺ se iactet. ℔z aliquādo ex vanitate quadā non ex arrogantia ad iactantiā ꝓcedit. ꝛ ex illa vanitate delectať q̄ talis est p̄m habitū et iō arrogantia ꝑ quā aliquis supra seipm extollit est spēs superbie. nō tñ idem iactantie est sed vt frequenter cā eius. Et ꝓpter hoc Grego. ponit iactantiā tertiā spēm superbie. Plerūq̄z ꝓcedit iactantia ab inanigloria sicut a cā finali. inquantuz. s. iactator intendit q̄ per suā iactantiā gloriā ꝓsequať. Et ideo p̄m Grego. dicit oriri ex inanigloria ꝛ esse filiā eius p̄m rōnem finis. Prohibet aūt hanc dñs dicens. Eccle. vi. Non te extollas in cogitatione aīe tue. vbi dicit glo. iactantiā et superbiam ꝓhibet. Hanc vt vitiosam puniendā a dño ostendit p̄s. dicens. p̄s. xi. Disperdet dñs vniuersa labia dolosa et linguā magniloquā. qui dixerūt linguā nostrā magnificabim⁹. labia nostra a nobis sunt q̄s noster dñs est. Ubi pōt notari triplex iactantia.

Primo iactātia ꝑ ironeitatē. ibi Disperdet dominus vniuersa labia dolosa ꝛ linguā magniloquam.

Secundo iactantia ꝑ vanitatem. ibi qui dixerunt. linguam nostrā magnificabimus.

Tertio iactantia ꝓpter falsitatem. ibi labia nostra a nobis sunt. quis noster dñs est.

Quātum ad pri .§.I.

mum. Sciendū q̄ cū aliquis dicit ꝺ se aliquos defectus quos in se non esse cognoscit et cū hoc facit vt inde reputetur humilis. sic laudetur. vl̄ portat vestes multum abiectas: vel faciem pallidam querit ea intentione vt reputetur mortificatus et contemptor mundi ibi est iactantia ꝛ aliud etiam vicium quod dicitur ironia scōm Tho. ſe. ſe. q. criij. arti. ij. tñ scōm diuersa. Iactātia quidem in quantū per exteriora in tēdit ostendere virtutē in se quaz nō hz. Ironia vo i q̄tū

Capitulū Quartū

ostendit defectū exterius quē in se nō recogno/scit Unde ꝺ hmōi dicit xps. Mat. vi. Extermi/nant enim facies suas. i. er. terminos naturales ap/tant facies suas herbis vl quibusdā alijs lotio/nibus vel unctionibꝫ vt appareant pallidi. vt ap/pareant hoībus iei unātes. et sic reputent absti/nentes. Et pbus dicit q supabundantia et val/de defectus iactantia est qñ. s. fit ad istū finē vñ ꝺ Aug. legit q nec nimis pciosas vestes volebat deferre nec nimis abiectas. q2 in vtroq3 aliquā do hoīes querūt gloriā suaz. qꝺ ptinet ad ironi/am iactantiam. Quantū ad secundū. vt puer. xxvij. dicitur ꝺ ironico. Cū submittit vocē suā. s. ꝗspiam dicendo de se filia ne crediderīs ei. Se/ptē. n nequitie sunt in corde illi⁹ puer. xxvi. i. plena nequitia. Sed de his dicit. ps. in ꝓdicta auctē. Disperdet dñs. i. q diuersos modos pdz eternaliter. s. q spūaliter. et aliqñ tpaliter. vni/uersa labia dolosa. qui. s. in verbis suis vtūf do/lo dicentes defectus ꝺ se qs nō recognoscūt i se ad decipiendū audientes vt sic estiment eos hu/miles. vñ subdit linguā magniloquā. Lingua eñ oris est si sit hūilis tñ lingua cordis ē magna q2 magnificari intendit. Notandū tñ q dicere de se vilia vl oñdere actu vel mīora seu defectuo/sa pōt fieri tripliciter ꝼm Tho. se. se. q. cxiij. art. i. Uno mō salua veritate dū. s. qs maiora que sūt in se reticet. et quedā minora seu defectuosa ꝺ se pfert q tñ in se esse recognoscit. Et hoc nō ptinz ad vitiū ironie nec est peccatū ꝼm gen⁹ suū nisi p corruptionē alic⁹ circūstantie puta talia dicē/do psonis infirmis. vñ illi scandalizarent. aliaꝫ laudabiliter fieri pōt Sicut apls Paul⁹ vocat se minimū apl̄oz q pśecutorē se fuisse eccie. i. Co/rinthe. xv. Et vir cū quo est deus. q qui ꝓfortat⁹ est a dño dicit stultissim⁹ sū viroz. q sapia hoīm nō est mecū vt dicit puer. xxx. Nec tñ vitiū iro/nie omittit q2 loquit ꝼm reputatōez mūdanoz qui estimāt stultitiā mūdanā contemnere. q mūdi sapia qrit. vl loquit de sapia q rōne acquiritur nō ꝺ ea q diuina inspiratione habet. Amos p/pheta negando se esse pphetā dicens. Nō sum pphēta. c. vij. nō peccauit. q2. s. nō erat ꝺ origine pphetaz. vl vt dicit Grego. q2 cognouit tūc ac/tualiter nō habere spūm pphetie. Sic et beatus Franciscus sine ironia appellabat se maximum peccatorē cerca ꝗsideratione q respectu. Sc̄o modo pōt aliqs dicere minora ꝺ se et vilia q tñ in se nō recognoscit. aut cū negat aliqd boni ꝺ se q ꝺ in se esse cognoscit et hoc ptinet pne ad iro/niam q est spēale pctūm. q ꝯtrariū veritati p de/fectū. q iō euitandū. Et ꝺ his dicit plōs in quar/to ethi. q qdam mīora de se dicūt fugientes tu/midū. i. elationem. sed nō pter hoc excusant a pcō si mentiunt q2 nō ꝺz sic vitari vnū pctūm q ꝓmittat p hoc aliud Unde Aug. sup Iob. Nō ita caueatur arrogantia vt veritas relinquatur xxij. q. ij. nō ita. Et Grego. Incauti sūt hūiles q mendatio se illaqueant. q. ea. Incauti. Et tale pctūm min⁹ ē graue. s. ironia q̄z iactantia. Unde plōs dicit in q̄rto ethi. q ꝯ irones et minus dicen/tes gratiozes sūt ꝼm mozes. s. q̄z iactantes. Ter/tio mō dicit qs mīora ꝺ se que nō recognoscit i/tendens inde magis ꝓmēdari. Et talis ironia ē mixta cū iactantiā. Et ꝼm plōm ē grauius iactā/tia. Et ꝺ hac dicit Eccle. xix. Est qui nequiter se humiliat. et interiora ei⁹ plena sunt dolo. Sed disperdet dñs vniuersa labia dolosa. Unde Ca/to. Nec te collaudes nec te culpaueris ipe. Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis.

Iactātia secū .§. II.

da est q vanitatē. s. cū aliquis dicit de se lauda/bilia ex quadā loquacitate vl leuitate mentis si/ne aliq necessitate vel utilitate. qꝺ fieri nō ꝺz iu/xta illud puer. xxvij. Laudet te alienus et nō os tuū Et Sen. Laus in ꝓprio ore sordescit. Ubi aduertendū q triplici ex cā pōt qs laudare seip/sum. Uno mō sui iusta utilitate cū. s. qs ē tribu/lationibus circūdatus vel calūniatus seu despe/ratōne temptatus ꝓpter qꝺ recogitat bona facta vel coram aliis refert ad sui aiationē q ꝯfortatōez Sicut Iob sanctus cū eēt flagellat⁹ multiplici/ter. et visitatus ab amicis argueret de vita sua ꝓterita tanq3 nō vere fz simulate deo deseruisset se coram eis laudauit dicens. Oculus fui ceco et pes claudo Pater erā pauper. q cām quā nesciebam diligentissime inuestigabā. Iob. xxix. q mlta alia similia in. c. se. vñ Baldach falsum dixit arguens eū ꝺ iactantia ꝓpter istas sui ꝓmēdatō/nes dicens. vsq3 ad quē finē verba iactabis. Et ezechias rex iuda cū sibi dictū fuit p Isaiam ex pte dñi q moreret et nō viueret. ꝯpūct⁹ ꝺ pctis dixit. Recordare dñe quō ambulauerim coram te in veritate et qꝺ bonū ē in ꝗspectu tuo feci. Isa. xxxviij. Nō idcirco fecit ꝼm Grego. in moral. ne in ipso imenso dolore quē habebat de peccatis desperaret. sed ꝯfortaret fiducia opz bonoz ꝑte/ritoz. Si quis etiā se laudaret nō deficiendo a veritate vt euitaret aliqꝺ periculū vl malū. sicut fecit Paul⁹ cū se ciuē romanū eē manifestauit ꝓpter qꝺ fuit dimissus liber qui tenebat captī/uus. vt habet Act. xvi. laudabiliter faceret. Se/cundo mō ꝓximi charitate vt cū quis hēat alijs ꝓdicare vel dirigere aliqua laudat de se. q nar/rat mirabilia vt audientes imitent sen vt doctri/na eius efficatius recipiat Et hoc laudabiliter fit. sicut fecit apls Paulus ad Corin. scribens in secunda epla. Cū. n. pseudo apli. i. ꝓdicatores post recessum Pauli ab eis qs ad fidē traxerat ipis ꝓdicarent q Pauli famā q auctoritatē scie/et sanctitatis quesissent supꝫimere vl mmuere

vt abeis ꝓtemptibilis haberet Paul⁹ charita te ⁊ zelo salutis illoꝝ duct⁹ vt vitarent illos qui errores disseminabant. ⁊ questū inde querebāt et sue doctrine verissime inhererēt mirabilia et multū laudabilia de se refert. vbi post laudē de genere suo. q⁹ de semine Abrahe et Israhelita se cōmendat de mīsterio xp̄i dicens. Ministri xp̄i sunt. et ego vt minus sapiens dicā. s. ꝑm apparē tiam plus ego. s. sum. Quanto ḡs plus se laudat tanto videtur minus sapiens. quod verū esset si sine cā rōnabili faceret. Et ostendit qūo fuerit fidelis et magnus seruus xp̄i ex duobꝫ. s. ex multis et magnis laboribꝫ habitis ꝑ xp̄o ḡs ibi explanat. et ex magnis reuelationibꝫ diuino rū sibi factis. q⁹ raptus ad tertiū celū ad vidē dum deū. ij. ad Corin. xi. et xij. c. et. i. Cor. x. Per omnia oībꝫ placeo. s. in licitis querēs nō qđ mi chi vtile est. sed qđ alioꝝ factus sum iudeis tan q̄ iudeus his qui sine lege sunt tanq̄ sine lege essem ⁊c. Tertio mō fit hoc cū defectuositate si ue vera dicant se laudando siue falsa vt cū mo uentur ad hoc ex cupiditate vel ex vana gloria vel ex vanitate. et hoc ꝓtinet ad vitium iactan ⁊ vnde et pbs dicit in quarto ethicoꝝ q̄ iacta tor fingit de se maiora existentibꝫ q̄nq̄ nullius gratia. i ex vanitate. quandoq̄ gratia honoris ⁊ glorie. q̄nq̄ grā argenti. Ibi etiam dicit q̄ aliq̄ iactant seipsos ꝓpter lucrū. qui de seipsis fin gunt ea ex quibꝫ possint lucrari. putaq̄ sint me dici vel sapientes vl̄ diuini. Q⁹ aūt medic⁹ nar raret solēnes curas infirmoꝝ ꝑ eū factas. et do ctor. disputationes et lecturas in quibꝫ ꝓmen vatus fuit de scīa sua. ⁊ artifex artificiata ab eo. vt inde lucretur dicendo veritatē et nō derogan do aliꝫs illius conditionis. in se nullū peccatū videtur. Ex ꝓmuniter excedūt plus dicentes q̄ sit rei veritas. et cū alioꝝ depressione. et hoc ſem p̄ē peccatū. Vñ ꝓuer. xviij. dr. Qui se iactat et dilatat. s. extendendo suas laudes iurgia ꝓcitat. Nam audientes cū ex hoc videant eis diminui honorē suum ꝓtra illum insurgunt ⁊ vilificant de iactantia dicentis vl̄ ꝑdicantis. Amb. etiam sup Beati īmaculati. dicit Litigiū animi est indignis secreta vulgare qđ fit vel loquacitate in cauta. dum sine iuditio volat irreuocabile verbū m. vel adulatione vt ei placeat cui secreta re uelat. vel iactatione scīa vt plura scire videatur di. xliij. §. fi. De bis ergo iactatoribus dicit p̄s. xi. Qui dixerunt in facto. linguā nostram mag nificabimus. s. laudando irrōnabiliter opa no stra. Vnde glo. dicit ibi q̄ notatur iactantia et superbia ex quo homo magna loquit de se. Gallina cum fecit ouū non cessat clamare donec ꝓpē ditur q̄ouū fecerit siccꝫ ouū ꝑdit. Sic dominꝰ disperdet hos ꝑ diuersos modos. ꝑdet ꝓfunden do aliq̄ in vita hac. et puniendo in alia.

Tercia iactātia ē §. III

ꝓpter falsitatē vt cū aliq̄s laudat se de eo qđ nō est in se. vñ ⁊ pbs dicit q̄ ꝓtrariat veritati Et dō hac dīs Jere. xlviij. Sublimitatē eius ⁊ arro gantiā ⁊ superbiā et altitudinē cordis illi⁹. s. Ego ab ego scio ait dīs. ⁊ iactantiā eius. et q̄ nō sit iuxta ea ū virtus eius. i. tā virtuosus et potens si cut se dicit ⁊ hoc ꝓprie sonat iactantia. Dicit ei a iacio iacis. Que. n. quis vult longe a se ꝓie re in altū eleuat ⁊ extollit. Et si aliq̄s ꝓprie tunc se iactat q̄n de se supra se aliqđ dicit. Et quāuis etiā ad iactantiā ptineat qđ aliq̄s dicat de se vel facit vñ ostēdit plus de se q̄ opinet de eo. quod aplus refugit dicēs. Parco autez ne quis me existimet supra id qđ videt in me aut audit ali quid ex me. ij. ad Chorin. xij. tū magis ꝓprie ia ctantia ē cū offert se supra id quod est in se. et sic opponitur veritati per excessuz ꝑm Tho. ſe. q. cxij. arti. i. Vnde ⁊ iudei dicebant xp̄o. Tu de te ipō testimoniū ꝓhibes. testimoniū tuū nō ē ve rum. Joh. viij. q. v. quia te iactas. cōiter iactato res dicūt mēdatia. xp̄us tū veritatem dicebat ⁊ nobis necessariā: Est aūt tunc mortale ꝑm ipm Tho tripliciter. Uno mō et se inquantuz cōtra riatur veritati cum. s. illud de quo quis mēdaci ose se iactat ē contra gloriā dei aut cuz iniuria et cōtumelia ꝓximi. sicut ille de quo dicit Ezech. xxviij. Eleuatū est cor tuū et dixisti deus ego suz Et pharisеus qui se iactabat nō esse sicut alij ho mines iniusti ⁊c. addēs ꝓtumeliam publicani. Luc. xviij. Et similiter cuz quis se iactat de aliq̄ criminali. qđ nō fecit estimans inde haberi pro strenuo. Sed etiā verum dicendo non excusare tur a mortali ꝓpter approbatōez mali et scanda lū ꝓximi. sicut illi de quibus dicit Isa. iij. Pec catum suū quasi sodoma ꝑdicauerūt necabscō derūt. Secundo est mortale ex fine cum. s. qs ia ctat se vt inde possit decipe ꝓximū ⁊ notabiliter ledere spūaliter vl̄ tpaliter. Vñ et pbs dicit in quarto ethicoꝝ q̄ turpioꝝ ē qui se iactat cā lucri q̄ qui se iactat cā gle vl̄ honoris. Est. n. ibi mē dacium ꝓnicioſū ex quo intēdit dānū ꝓximi. Si cut si quis se iactaret ee magnū medicū vl̄ aduo catū ⁊ magna feciſſe. qđ tamē falsum est vt inde ponāt se hoīes in manibꝫ suis cū dāno ⁊ piculo eoꝝ. Terretani etiā qui se iactant de multis in dulgētijs ⁊ aliꝫs que falsa sūt. ⁊ ꝑdicatores ⁊ cō fessores ⁊ diuinatrices vt inde obtineāt tpalia vl̄ inducāt ad mala. cōfidentes de illoꝝ bonita te nulli dubium quin mortaliter peccēt. Tertio iactātia potest cōsiderari ꝑ respectū ad cām vnde aliquādo ꝓcedit. s. superbia que superbia si morta le sit erit et ipa iactantia mortale. vt cū qs scīaz suā industriā ⁊ virtutez de libertate sibi attribu ēs et non deo iactat seu laudat se de huiusmodi

Capitulū Quartū

hoc tamen difficile ēcognoscere. et de eis loquit̄ ps. cuz dicit in psona iactatoz. Latia nostra a nobis sūt. Magna iactantia cū supia est ista locutio. vt. s. aliquis dicat labia. i. locutionē suā et doctrinā a se cēet nō a deo a quo est oīme datū optimū. vñ talis p effectū psequēter dicit in coz de quis noster dñs est. q. d. nullus. sed nos ipsi habemus in ptāte nostra. qđ tū falsissimū ē. qz oīs sapiētia a dño deo est. Ūñ in inferno dicūt miseri iactatores quid nobis pfuit supbia nīa et iactantia diuitiaz. Ecce oīa transierūt quasi vmbra Pa. v. Ez disperdet dñs hos. In alijs casibz iactantia cōiter est veniale. Et hoc etiā deminus grauiter punit. Ūñ narrat Greg. in li. dialogoz de quodā sancto viro qui cū visitasset quoddā monasteriū monialiū quendā pueruz demoniacū ibi inuenisset q̄ molestus erat ī monasterio ꝓpter hoc. Et cū ductus esset ad domū sancti viri q̄ erat ābusdam. liberatus est a demone meritis z pcibz sancti viri. Sed cū super hoc caute se iactasset dicēs diabolū nō habuisse ptātem in puerū cū fuit cū seruis dei. Ez moniales nō timebat īmediate rursus puer arreptus est a diabolo et vexabat. ꝑpendens vir dei peccatū suū iactantie multū dolens. dixit socijs q̄ nō ꝓmederent quousq̄z dñs lachrimis z pcibus eorum ī. lū liberaret. qđ z factū est. Legit etiā in vitaspatrū q̄ abbas Elpolonio sanctissime vite ī heremo ꝓmoranti. vox de celo veniens dixit. Alpolloni p te pdā sapiaz sapientū ī egypto. z oīm cultura demonū subruet. Et ille ait. Auferte me iactantiā dñe ne forte elatus sup fratres meos cadā ab oīb bonis z dixit ei vox. Mitte manus tuas ad ceruices. et qđ ꝓhendis cōstringe z sub arena subrue. Et cōtinuo apposita manu ad cerui cē apprehendit etbiopem paruulū clamantez et dicentem. Ego sum demon et vox ad eū. Perge quocūq̄z volueris securus.

Jactātia quā .ℌ.iiii.

uis in verbis cōiuscz ꝓsistat. tū etiā in opib repe ritur quib quis querit ostentare qđ ē. vl' vltra id qđ est fm statū suū. puta cū sit multū pauper vtit pciosis vestibus et alijs pompis vt diues videat vl' etiā si diues cēt vt illud manifestari sine cā rōabili. Et cū tali iactantia ꝯcurrūt plura alia vitia aliqñ. vt supbia. inanis gloria. mēdatium. pdigalitas. et hmōi. Ūñ de rege Assuero dr q̄ fecit grande ꝯuiuiū vt oīderet diuitias iactantie sue. Et ad hoc pōt induci illud ps. xlviij Ne timueris cū diues factus fuerit homo. et cū multiplicata fuerit gloria dom' eius. cū interierit nō sumet oīa. nec descendet cū eo gloria domus eius. Ubi tria nota. Primo q̄ ex abundantia rep̄z non debet q̄s ēsternari. ibi Ne timueris. Scdo q̄ in iactantia opum exterioz nō valēt īmorari. ibi. Cū multiplicata fuerit glia dom' ei' Tertio q̄ ex vberantia predictoz habet perpetualiter cruciari. ibi. Nec descēdet cū eo gloria domus eius.

Quantum ad pri .ℌ.v

mū Sciendū q̄ q̄s ꝓsternit. i. timet videns alique malū viteſcere z ꝓsperari pōt hoc ꝓcedere q̄ ꝓsiderat q̄ ille pōt ei nocere. ß timere nō debz si dñm secum habeat p gram̄ ps. xxvi. Dñs illuminatio mea et sal' mea quē timebo. Dñs protector vite mee a quo trepidabo. q. d. a nullo ꝑsone me iuxta te et cuius vis manus pugnet ꝓtra me inquit Job. xvij. Hinc Ysidorus de summo bono. Scōm catholicā fidem nec nature dei nocere quisq̄z pōt. nec natura dei iniuste nocere cuiq̄z pōt nec noceri quēq̄z iniuste patit̄. quoniā q̄ nocet ait aplus recipiet hoc qđ nocuit. xi. q. iij. Scōm Ne timeas g̃ ait ps. Cū diues factus' fuerit bō. vt. s. tibi noceat. Q si boni emulatores fueritis. s. seruatores legis. q̄s vobis nocebit inq̄t Petrus in prima cano. q. d. nullus. Dñm aūt xp̄m Jesum timete et sanctificate in cordib' vestris. et si quis corpi noceret nō. tñ spūi quinimmo qđ nocet corpi iuuat spūz ait Amb. Ez nec corpi quisq̄z nocere valet nisi volente deo. Aliq̄ vero videns q̄s malos viteſcere. et ꝓsperari ꝓtristat̄ et timet ne forte videns seip̄m tribulari z pauptate et alijs miserijs affici despiciat̄ a deo z nō curet de eo. et sicut in pīi ita in futuro in miseria se reperiat. et econtra deus gratū hēat illum diuitē malū et acceptū. z ꝓterea ꝓsperet hic et in futuro. Et in hmōi sic vacillantis et timentis ꝑsona inquit ps. Ecce ipsi pcōres z habundantes in seculo obtinuerūt diuitias et dixi. Ergo sine cā iustificaui coz meū. i. sine ꝓfitate coz meum mundū tenui. et lauī inter innocentes manus meas. i. pseruaui me ab operib īmundis peccatoz sicut innocentes. et tū fui flagellatus tota die. i. diuersis tribulationib pcussus a deo in die grate. et castigatio mea in matutinis. i. in nocte culpe cū incidi fui punitus. sed si dicebam narrabo sic estimans iustos nō recte tractari a deo. ecce nationē filioz tuoz reprobaui. Dicit̄ n. puer. iij. Flagellat dñs omnē filiū quē recipit qđē diligit dñs castigat. Et Elpo. iij. Ego quos amo arguo et castigo. Ad Hebre. xij. Q si extra disciplinam estis cuius participes facti sūt omnes sancti. ergo adulteri z nō filij estis. s. legitimi. Nō semp osculat̄ pater filiū ait Amb. sed aliqñ castigat cū ergo castigat̄ q̄ diligitur tūccirca eū pietas exercetur. Habz. n. amoz plagas suas que dulciores sunt cū inferunt̄ amare. v. q. v. nō semp. Difficile imo ipossibile ē. ait Die. vt pītibz q̄s z futuris fruatur bonis. et de deli-

cius trāseat ad delitias vt ī vtroq; sit seclo gl'iosꝰ hic iplerevērez illic mentē. estima bā g̃ vt ꝯgnoscerem vere. s. veritatē reputās eos felices q̃ habundant tpalibꝰ. ⁊ si sint mali et infelices q̃ his carent sed hic labꝰ ē ante me. s. ad cognoscendū quousq; intrē in sanctuariū dei. i. in secretū iuste et diuine dispensationis et retributionis. et intelligam in nouissimis eoꝝ. s. in morte. subito enī defecerunt et perierunt ꝓpter iniquitatē suā Ergo ne timueris cū diues factus fuerit homo ste a deo derelictum. et tui curam nō habere ꝓ eo q; non habes illam habundantiam vt diues

Quantū ad secun. §. vi

Tertō procedit .§.IIII in constātia ex subtractōe delectatōis. Sine gaudio seu delectatiōe aliqua diu quis stare nō pōt spūali vel mūdali. Contigit aūt q aliquis assuetus p solationibꝫ mūdi ꝓcūctus abstinere ꝓpoīt a vicijs ⁊ firmiter pmanere in via mozuz. Sed cū non studet in spūalibꝫ delectari. instigat a cōsuetis vicijs ⁊ tristicia tactus de subtractōe eoꝝ delectatōis instigationi assennt illius delectatōis recedens p hoc a ꝓcepto ꝓpsin boni ⁊ sic inconstans efficit. Unde Jac. iij. dicit. Ubi zelus ⁊ cōtentio ibi inconstātia ⁊ omne opus prauū. ⁊ licz ibi loquat de zelo inuidie. pōt etiā intelligi de zelo amoris mali. In vtroq enī zelo ꝓpter tristiciam ex carētia delectatōis cupite sequit incōstātia ⁊ recessus a bonis ꝓpsins. vt patz in Saul qui ex zelo inuidie psequens Dauid aliquando recognoscēs peccatū suū ꝓposuit ⁊ ꝓmisit nō psequi ⁊ ꝑcipue qñ potuit occidere Dauid Saul em in spelūcā ingressuz ad purgādū ventrē. ⁊ altera vice cū de nocte accessit ad tentoziū ꝑsuū tollens bastā ei⁹. Iz postea instigatus eodē zelo psecutus est psecutionē suā iniustā. Et videt hoc ptinere ad spāle viciū quod dicit mollicies. Dicit em phūs in .vij. ethicoz q mollis dicit q recedit a bono ꝓpter tristitias causatas ex defectu delectationū quasi cedēs debili mouēti. vñ pseuerantie opponit. Pro cui⁹ declaratōe. Dicit. b. Tho. se. se. q. cxxxvij. q laus pseuerātie in hoc ꝓsistit q aliquis nō recedat a bono ꝓpter diuturnā tolerantiā difficiliū ⁊ laboziosoz. cui directe opponit q aliquis de facili recedat a bono ꝓpter aliqua difficilia que sustinere nō pōt. ⁊ hoc ptinet ad rōnē mollicei. Nā molle dicit qđ facile cedit tangēti nō aūt iudicat aliquid molle qđ cedit fortit impellenti. Nā ⁊ parietes cedūt machine peutiēti. Et ideo nō reputat aliquis mollis si cedat aliqbus valde grauiter impellentibꝫ Unde phūs dicit in .vij. ethicoz. q siquis a foztibꝫ impellentibus delectationibꝫ vincit vel tristicijs. nō est mirabile sed ꝓdonabile si extra tendit. Manifestuz est aūt q grauius impellit metus ꝑiculoz q̄z cupiditas delectationū. Unde tulius dicit in ꝓmo de officijs. Nō est ꝓsentaneū q̄ metu nō frangit eū trāgi cupiditate. nec qui se inuictū a labore ꝓstiterit vinci a voluptate. Ipa etiā voluptas attrahēdo fortius mouet q̄z tristicia de carentia voluptatis retrahendo. q carētia voluptatis ē purus defectus. Mollis g̃ ꝓprie est qui recedit a bono ꝓpter tristicias causatas ex defectu delectationū. Est aūt viciū diuisuz ⁊ distinctū spē a vicio molliciei. de quo dictū est supꝝ in .c. de vicio extra naturā. Nā illud ptinet ad luxuriā. ⁊ opponit castitati. Istud ad incōstantiā ⁊ opponit pseuerantie. Q. n. aliquis cedat debili mouēti qđ ptinet ad molliciē. hoc pōt esse dupliciter. Uno modo quia difficilius potest delectationū absentiā sustinere ⁊ hec mollicies ptinet ad inconstantiam. Alio modo naturali dispositione. quia videlicet habet animū minus ꝓstantē ꝓpter fragilitatem cōplexionis. ⁊ hoc mō ꝓpantur femine ad masculos. vt dicant mulieres quasi molles. ⁊ masculi viri quasi viriles. ⁊ ideo p quandā assimilationez qui muliebria patiunt dicunt molles quasi muliebres effecti. quod ptinet ad luxuriaz Sciendū etiā q delicia est quedā mollicies ꝺm phūm in .vij. ethicoz. Et ꝺm Tho. mollicies ꝓprie respicit defectū delectationū delicie aūt causam impeditiuā delectationū. puta labozē ⁊ huiꝰ modi. Voluptati enīz coꝛpali opponit labor. Et ideo res in quantū sunt laboziose in tantū impediunt voluptates. Delicioſi aūt dicunt qui non pūt sustinere aliquos labozes nec aliquid qđ voluptatē diminuat. Ūñ dicit Deu. xxviij. Tenera mlier ⁊ delicata que terrā ingredi nō valebat nec pedes vestigiū in terra figere ꝓpter molliciez Item in quantū in ludis solacijs ⁊ huiusmodi. est ibi quedaz remissio seu requies que opponit labori. Et ideo sicut non posse sustinere laboziosa ptinet ad molliciez. ita ⁊ nimis appetere remissa vel quācunq̄z quietez in ludis solacijs vel recreationibus coꝛpalibus. vel in nō surgendo ad vigilias noctis debitas. ptinet ad molliciē. Sed nota q duplex est mollicies ⁊ delicia. Una crimialis de qua dicit. puer. xviij. Qui mollis ⁊ dissolutus est in ope suo frater est sua opera dissipantis. Et primo Thimo. v. Uidua viuens in delicijs mortua est scz in anima. Alia spiritualis de qua Isa. xlvij. dicit ꝺ anima elapsa ad terrena ex vita spūali. Non vocaberis vltra mollis ⁊ delicata. ⁊ Cant. Que est ista que ascendit ꝺ deserto delicijs effluens scz spūalium gaudioꝝ. ⁊ puer. viij. Delicie mee esse cum filijs hominum.

Capitulum terciumdecimū de amoze sui.

Amoz sui ē quin ta filia luxurie. Sed notandū scōm Tho. ij. ij. q. xxv. Amare seipm ꝙt ingit tripliciter.

Uno modo ꝓut est ꝓmune omnium.

Scōdo modo ꝓut est ꝓprium bonoꝝ

Tercio modo ꝓut est ꝓprium maloꝝ.

Homo enim ꝺr aliquid esse dupliciter. vno mō scōz suā substantiā ⁊ naturā. ⁊ scōm hoc omnes estimant scōm bonū ꝓmune se esse id quod sunt id est anima et coꝛpe compositos. ⁊ sic omnes homines boni ⁊ mali diligūt seipos in quantū diligunt ꝓseruationē esse ipoꝝ. quod naturale est vnde nec viciuz. Scōdo modo dicit homo aliqd esse scōm principalitatē. sicut princeps ciuitatis dicit esse ciuitas. Ūñ quod principes faciūt dicit

fecere ciuitas. Sicaũt nõ omnes estimãt se esse id quod sunt · Principale enĩ in hõie est mẽs rõnalis. Secũdariũ est natura sensitiua ⁊ corporalis. quoꝝ primũ apls nomiat hominẽ interiorem. scõm vero hominẽ exterioꝛẽ. ij. Cor. iiij. Licet is qui nr̃ est homo exterior corrumpat̃ scz corpus, tñ his qui nr̃ est homo interior renouat̃ de die in diem. i. mẽs rõnalis. Vali igit̃ estimãt p̃ncipale esse in eis naturaz sensitiuã vt corpus. Vlñ nõ recte cognoscẽtes nõ vere diligũt se ipos. qz ñ fm id qõ vere est p̃ncipale in eis. Boni vero cognoscẽtes vere seipos vere seipos diligũt qz fm qõ vere est p̃ncipale in eis. i. fm mentẽ naturalẽ ⁊ hoc est diligere se ipm qõ p̃cipitur ex quo ponit̃ p exemplo delectiõis primi. dñi dr Leui. xix. Diliges amicũ tuũ sicut teipm. Et loco amici dicit̃. Vath. xxij. Ad xpo primũ tr̃ũ. et hoc ptinet ad rectitudẽ charitatis Scz amoꝛ q̃ peccatores amãt se ipos. i. fm corp⁹ ⁊ sensualitatẽ. ẽ pec catũ ⁊ causa multoꝝ maloꝝ. Et de hoc intelligit̃ illd̃ ps. lxxix. fm expositõez. Aug. Incẽsa igni et suffossa ab increpãtõe vultus tui pibũt. vbi Augusti. Omia peccata p̃cedunt aut ab amoꝛe male inflammãte. ⁊ hec sunt incensa igni. s. opa mala. aut a timoꝛe male humiliãte. ⁊ hec sunt suffosa. quia deiecit ⁊ quasi suffodit animum timoꝛ. Sed pibunt. i. facient homines pire talia opera faciẽtes ante faciẽ dei increpãtis p̃pter hui⁹ mõi. Timoꝛ enĩ malus ab inordinato amoꝛe p̃cedit. Ex eo. n. quis timet. dñi expectat vel dubitat aliquid quod amat sibi auferri vel ledi. Iste amoꝛ sui fm sensualitatẽ fm Aug. in. xiiij. de ciuita. dei est ille qui edificat ciuitatez babylonis. i. statum damnatõis crescẽs vsqz ad p̃emptũ dei. Incẽsa ergo igni. i. amãtes seipos fm naturã sensualem peribũt dño increpãte in iudicio triplici rõne.

Primo quia deo inimicantur.

Scõdo quia p̃primo iniuriantur.

Tercio quia in vicio multiplicant̃.

Inimicatur quidẽ .§.I

deo amoꝛ sui. quia vbi debet quilibet deũ habere vt vltimũ finẽ quia vere est vltim⁹ finis omniũ ad quẽ oẽs alij fines reducendi sunt p̃ amoꝛem sui talis habet seipm vt vltimu. ⁊ sic fruit̃ seipo ⁊ vtit̃ deo. Dicit aũt Aug. q̃ nil peius qz frui vtendis ⁊ vti fruendis. Amat enĩ se ⁊ p̃seruationẽ sui vt gaudeat fm sensualitatẽ ñ curãs deũ offendere vt ei p̃placeat nec vellet mori etiã deũ in gloria videndo sed patriaz facit de exilio. hic vtit̃ deo quo frui debet quia nõ amat deũ p̃pter seipm sed vt ei p̃sperẽt ⁊ bene faciat. Et illas p̃ditiones vere amicitie quas deberent habere cũ deo. ⁊ cum rõne. ad seipos scõm sensualitatẽ habẽt nõ fm rõnem apparet hoc p̃ illa quinqz que sunt p̃pria amicicie scõm phũm in. ix. ethicoꝝ. Amicus enĩ vult suũ amicũ esse ⁊ viuere. Scõo vult ei bona Tercio ad hoc laborat ⁊ opatur. Quarto conuiuit ei delectabiliter. Quinto concordat cum ipo eisdem delectatus ⁊ contristatus cũ eo. Vali aũt homines amãtes se nolunt p̃seruare integritatẽ mentis, sed coꝛporis ⁊ vite sensualis. Scõo non appetunt menti spũalia bona ⁊ dei gloriã sed coꝛpoi delectabilia. Tercio nõ opantur neqz laborant pro fratribus acquirendis ⁊ ad honorẽ dei sed ad delectandum corpus. ⁊ p̃pter hoc sustinẽt magnos labores ⁊ picula vt patet in furtis adulteriis ⁊ aliis malis q̃ ꝓpetrant quotidie. Quarto non est eis delectabile redire ad coꝛ ⁊ conuiuere menti gaudiose. ⁊ hoc ideo. quia inueniũt ibi mala ⁊ pñtia ⁊ p̃terita peccatoꝝ. ⁊ futura penarũ que horrent nec gloriant̃. cum deo loqui in oronibus ⁊ lectionibus sed gaudent ⁊ conuiuunt delectabiliter cum sensualitate semp̃ in hui⁹ querẽtes versari que sensibus sint placibilia. Quinto nõ sibi ipis concordant. s. rõni p̃pter p̃scientiam remordentẽ. nec cum voluntate dei sed bene concordant cum appetitu sensitiuo ipi obediẽtes Et quia p̃maxime dediti luxurie amant se scõm sensualitatẽ. cũ illa maxime absorbeat rõnez ideo dicitur iste amoꝛ sui filia luxurie. ⁊ si in aliis ⁊ cum aliis vicijs reperiat̃. Ad hũc amorẽ sui pertinere videtur prudentia carnis de qua dicit apls. Roma. viij. Sapientia carnis inimica est deo. Dicẽ enim. b. Tho. ij. ij. q. lv. arti. j. q̃ cum prudentia sit circa ea que sunt ad finem totius vite. rõo prudentia carnis p̃prie dicit̃ scõm q̃ aliqs bona carnis habet vt vltimũ finẽ vite sue. ⁊ quia p̃ hoc rõ ordinatur circa vltimum finem qui nõ consistit in bonis coꝛporis. ideo est peccatum, debet enim diligi caro ita vt ordinatur ad bonũ anime sicut ad finem non q̃ in ea constituat̃ finis ⁊ non solum est peccatum sed etiã mortale. quando videlicet constituit̃ finis in huiusmõi dilectationibꝰ carnis. Ita videlicet studẽs diuersis vtijs ⁊ modis quomõ posset delectare sensualitatem q̃ paratus est facere p̃tra dei legem. Vnde dicit̃ Ro. viij. q̃ prudentia carnis legi dei subiecta nõ est. Et sub prudentia carnis includitur etiam prudẽtia mundi. inquantum. scz exteriores res mũdi queruntur p̃pter carnem · de qua Luce. xvi. dicitur. Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis. Et Baruch. iij. Filij agar quesierũt prudẽtiam que de terra est. Sed q̃ aliquis aliquando inordinate afficiat̃ ad aliquod delectabile carnis ⁊ sic adhibeat studiũ ⁊ diligentiam ad p̃sequandum illam dilectationẽ non tamen ibi p̃stituẽs finem vel in eo quod ꝓtra precepta sit erit tũc veniale prudẽtia carnis. ⁊ hoc est qõ ait apls. Carnis curam ne feceritis in desideriis.

Secũdo per amo .§.II

Capitulū Terciū decimū.

rem sui inordinatū iniuriaꝝ quis primo multi/pliciter. Et p̄mo quidē q̄ multa q̄ superflue expē/dit ad delicias suas delectatōes subtrahit paupe/ribus. Et quis tam iniustus inquit. Ambro. cū/ qui mlt̄or̄ subsidia delicias suas parat. dis. xlvij. Sicut hi. In quo adhuc magis delinquūt cleri/ci qui bona seu redditus eccl̄iaꝝ. que sunt pau/p̄r. vltra suā necessitatē quertunt in delicias car/nis extra quos inuebit Hiero. dicēs. Natus in tugurio ꝛ rusticana domo qui vix rugientē ven/trē milio vl̄ cibario pane saturare poterā nūc si/milā ꝛ mella fastidio. xij. q. ij. Glosia ꝛ loquitur in p̄sona eor̄. Ber. in sermonibꝫ ad idē. Clamāt nudi clamāt famelici ꝛ p̄queruntꝫ de clericis di/centes. Nobis fame ꝛ frigore miserabilit̄ laborā/tibus quid p̄ferunt tot mutatoria vel extensa in pricis vl̄ plicata in māticiis. nēm est q̄ effunditꝫ Nonne crudeliter nobis subtrahitꝫ q̄ inaniter expenditis. Et nos dei blasmatio. ꝛ nos xp̄i san/guine redēpti sumus vita nr̄a cedit vobis in su/perfluas copias. Nostris necessitatibꝫ detrahitur quicq̄d vr̄is vanitatibꝫ accedit. hec ille. hoc totuꝫ p̄cedit ex nimio amore sui Charitas enī que cō/trariaꝝ sibi nō querit que sua sunt. dicit ap̄l's. j. Cor. xiij. ſ. tm̄. sed ꝛ que sunt aliorū. Unde et de Alexandro magno dicit̄ q̄ cū semel esset cū ma/gno exercitu in quodā loco sterili ꝛ inaquoso et sitiret ip̄e cū exercitu suo. fuit oblat⁹ sibi cyphus aque sed p̄siderans q̄ de eo omēs alij bibere nō poterant effudit in terrā aquā illā. Ex isto amo/re sui nimio nō solū non subuenit̄ p̄rimo in ne/cessitate. quinīmo ꝛ multe oppressiones ꝛ frau/des ꝛ iniusticie ꝛ p̄edationes p̄petrantꝫ ꝛ adulte/ria ꝛ incestus ꝛ stupra. que omīa sunt cōtra p̄ri/mos in magnā iniuriā eor̄. Unde dauid adulte/riū opatus est cū Bersabee nisi ex nimio sui amo/re satisfacere volens p̄cupiscētie sue. Unde filius eius Amon p̄stupr̄auit germanā suaꝫ nisi p̄ter amorē p̄prium. Unde Nembroth cepit esse ro/bustus venator hoīm. i. oppressor. Gen. x. ꝛ p̄m⁹ tyrānus volens alios dominari. nisi ex sui amore Unde Romulus solus occiso germano voluit p̄im⁹ obtinere regnū romanor̄ Marius ꝛ Syl/la pluries p̄sulatū. Julius Cesar demū imperiū multis iniurijs ꝛ stragibꝫ p̄p̄lor̄ nisi ex sui amo/re vt ait Aug. de ciui. dei Unde ꝛ Plato dixit ci/uitatē illā bene regi in qua quis p̄prios nescit af/fectus. i. amorez p̄prium. Et Seneca ait q̄ si ista duo p̄nomia meū ꝛ tuū tolerentꝫ de mūdo. scilz quo ad affectū ꝛ effectū ois guerra et p̄trouersia cessaret. que duo p̄tinent ad amorē sui inordina/tum. Hec est causa omis discordie in ciuitate. nā quia quilibet nimis se amās vult in impositioni/bus ꝛ grauaminibꝫ p̄ ceteris ꝛ vltra debitū alle/uiari. ꝛ in honoribꝫ sup alios exaltari. vnde ori/untur secte seditiōes ꝛ p̄secutiones ad inuicem.

Mandauit dñs in veteri lege miluū nō debere comedi cuius vor est mio mio. quia videlicet p̄/ter tales mores miluinos non vult fideles sibi incor̄pari. ꝛ in causa p̄dta statuerūt iura nullus sit iudex ex eo q̄ amor p̄prius mentē excecat.

Tertio p̄r amo .§.iii.

rem sui nimiū p̄ccata multiplicantꝫ. tales. n. de facili transgrediuntꝫ omia mādata dei ꝛ eccl̄ie. cum sint grauia sensualitati. se nō posse ieiunare affirmant incantatōes diuinatōes ꝛ diuersa sor/tilegia seq̄ ñ curāt ꝛ facere vt p̄sequantꝫ sanitatez corp̄is sui quod inordinate amant. Si in clero sunt officia diuina euitant ab ouibꝫ suis lanam ꝛ lac requirūt cum omni diligentia de aīalibus aūt eor̄ parū curant. Si in religione de cerimo/niis nihil curāt ꝛ p̄munitate pax. dum eis bene sit. Dic amor sui est ille de quo xp̄s ait. Job. xij. Qui amat animā suā p̄det eam. Qui enī amat aīam sensitiuā volens satisfacere appetitui sensi/tiuo suo p̄det animā intellectiuā multa vicia in/currendo. ꝛ est ibi relatio reciproca. ibi eam. Po/nit aūt ap̄l's. ij. Thimo. iij. que mala p̄ueniant ex amore sui dicēs. Erunt in nouissimis tempo/ribus homines seipsos amātes vbi dicit. b. Tho. sup hunc locū. Radix totius iniquitatis ē amor sui ipius scz secm̄ sensualitatē. Ex hac radice sūt diuerse spēs iniquitatis que p̄sequenter enume/rat ap̄l's. Cupidi quo ad bona exteriora apparen/te etiā non sua. Elati. elatio est spēs sup̄bie qua scz sup alios se p̄fert. Sup̄bi quo ad alias spe/cies sup̄bie. Blasfemi. quo ad deū male dicētes de dō. parentibꝫ nō obedientes in his que de p̄cēt Ingrati quo ad būfactores ꝛ respectu benefi/cio rum receptor̄. Sceleſti grauia aliqua peccata ad/mittētes p̄tra p̄primos. vt homicidiū sodomiam ꝛ huiusmōi. Sine affectōne quo ad affectū cha/ritatis. Sine federe. i. sine pace. Criminatores id est imp̄onētes crimina falso alijs. Incōtinen/tes qui ad luxuriā mentis. Immites. i. iracundi ꝛ non mansueti. p̄ditores vel ciuitatū. vel p̄sona/rum vel secretor̄. Incōstantes. i. p̄seuerantes in p̄posit̄ vel impatiētes. Tumidi. p̄sumptuosi vl/tra vires suas opa aggredientes. Ceci. i. non ha/bentes rectū vsuz rōis. Voluptatū amatores. nō ex passione sed ex habitu luxuriosi. Spēm qui/dez pietatis habētes sed v̄tutē eius abnegātes. vt ypocrite. ꝛ hos deuita. Sed vt dicit̄ p̄uer. xiij extrema gaudij luctus occupat ꝛ sempiternus. Et vt dicit̄. Apoc. xviij. Quantū se glorificauit ꝛ in delicijs fuit. tantū date illi tormentū ꝛ luctuz ꝛ aliquando etiā in vita p̄ñti p̄mittit deus tales ad miserias deuenire. Narrat Petrus damia/nus q̄ dux venecie p̄stantinopolitane vrbis ha/bebat vxorē que tā tenere ꝛ delicate viuebat ꝛ taz artificiosa voluptate se mulcebat. vt se p̄munibꝫ

aquis dedignaref abluere sed eis serui de more celi vndiq; collecto laboriosum ei balneum prepabant cibos suos non tangebat sed ab eunuchis eius alimenta quecq; minutis p̃scidebanf in frustula.que mox illa cū fuscinulis aureis ⁊ bidentibus ori suo liguriēs adhibebat.cubiculū eius rosaramatibus ⁊ thimiamatibus redolebat,vt enā dictu fetidum sit ⁊ auditu incredibile. Sed dū adhuc viueret vibrato sup causa iudicij mucrone corpus omne cōputruit.ita vt totū cubiculuz intolerabili fetore compleret,nulluscq illaz ferre potuit non consueta.nō seruulus vix vna ancilla non sine speciez redolentiū auxilio in eius seruitio remansit.que tū raptim accedēs cursim recedebat,diutius hoc languore detenta ⁊ miserabiliter cruciata.amicis quoq; letantibus diem clausit extremū. Huic pōt illud adaptari.quod scriptum est.Quantuz se exaltauit ⁊ in delicijs fuit tantum date ei tormentum ⁊ luctum.hec Pe.

Capitulū decimūq̄rtū de amore p̃sentis seculi.

Amor presentis seculi ponif a Greg.vt dictum est supa filia luxurie. Et videf hoc peccatum in hoc cōsistere.quia homo nimis afficif ad vitam p̃sentem ꝓpter delectationes que habentur ex rebus mundi. Et quia inter has maxime sūt delectatōes veneree. Ideo ponif amor p̃sentis seculi filia luxurie. Et cū tam inordinate quis afficitur ad mundū seu ad pmanendū in mundo ꝓpter delectabilia eius q̄ fruaf eo ponens scz finē suuz in vita p̃senti cupiens in mundo ꝑpetuari et nil curans de supna felicitate,istud mortale est ⁊ multis vicijs cōmixtum. Et de hoc intelligitur illud Jac.iiij.qui voluerit esse amicus huius seculi inimicus dei ꝓstituetur. Et illud.j.Johan.ij. Qui diligit mundum non est charitas patris in eo. Et ad idē facit quod ait Piero. Difficile immo impossibile est vt p̃sentibus quis fruaf ⁊ futurz bonis.⁊ in vtroq; seculo appareat glorioſus.⁊ de delicijs transeat ad delicias. Sed affectando in mundo pmanere vt ꝓsit alijs,vel vt ipe in virtutibus ꝓficiat.vel vt de peccatis magis satisfaciat seu quodā appetitu sensuali vel naturali. quo vt dicit Boeti.omne animal vitam tueri laborat. Et scōm q̄ xp̃s dixit Petro Cū senueris alius te cinget ⁊ ducet q̄ tu non vis scz ligando.et ducet te ꝛc.scz ad mortem.Job vltimo. Illam nō volebat infunctu sensualitatis vel nature.sed secundū rōnem.⁊ hoc non est peccatum,vel si esset aliquantulū inordinatus effectus ad vitam presentem esset veniale.

De amatoribus .§.I.

huius seculi pōt intelligi illud p̃s.Corrupti sūt ⁊ abhominabiles facti sūt in studijs suis,nō est q̄ faciat bonū.nō est vsq; ad vnū.p̃s.xiij. Naturaliter quilibet vitat ⁊ detestaf destructōem rei ⁊ corruptionē ⁊ abhominationem ⁊ boni defectionez. Nam bonum est q̄ omia appetunt,inquit phūs Et econtrà malū p̃ se nemo appetit scōm ꝓpriam finm. Et ideo Johānes euangelista in p̃ma can. c.ij.admonet nos dicēs. Nolite diligere mundū neq; ea que sunt in mundo.quia omne qđ est in mūdo.i.in amatoribus mūdi.aut ꝓcupiscētia carnis.aut ꝓcupiscētia oculoruz.aut ē supbie vite.⁊ mūdus p̃bit ⁊ ꝓcupiscentia eius. Siquidez amatoribus mūdi querunf delicie seu delectatōes carnis circa quas est ꝓcupiscentia carnis.i.luxuria ⁊ gula. Querunf ⁊ diuicie circa quas est concupiscentia oculoz.i.auaricia. Appetunf ⁊ honorificentie que resultāt ex laude hominū seu fama .potentia dignitatū.sapientia.⁊ huiusmodi. circa quas est supbia vite. Sed deficiūt omnia ista cū desideriis suis. Nā corp̃ corrūpif ⁊ in terram ꝓuertif.diuicie corrūpunf ⁊ ꝓuertunf in terram finaliter quia de terra facta sunt ⁊ in terraz pariter ꝓuertunf. Vnde sapiēs.potentie ⁊ dignitates corrūpunf ⁊ deficiūt ⁊ sub terra positis pedibus ꝓculcanf. Et sic corrupti sunt ⁊ abhominabiles facti sunt in studijs suis. Studiū enī est animi vehemēs applicatio circa aliquid fm Tulliū ⁊ Tho. Que aūt sunt studia mundanoz ad que vehemētissime applicāt animū.ostdit scriptura dicens, Omēs a maiori vsq; ad minorē auaricie studēt. Jere.vi. Et ꝑuer.xxiij.dr de quibusdaz. Vocanf in vino ⁊ studēt in calicibus ꝑotādis.i.ad multū bibendū. Et paulo post. Sicut regulus venena diffundet scz vinū potatū. Regulus est quidā serpens cuius venenuz maxime est mortiferū.sed nil ita mortiferū hūanis ingenijs vt luxuria est inquit Seneca que ex nimio potu.⁊ cibo ꝓcedit. Et Jere.xxi.dns ait.s.supbis cōfidentibus de viribus suis. Dicitis quis ꝓcuciet nos ⁊ quis ingredief domus nras. Et visitabo vos iuxta fructū studioz vroz dicit dns. Succē dam ignē. Ecce quō abhominabiles facti sunt in studijs suis.quia dixerūt ꝓ affectū nō est dns ille. scz qui est verus dns in celo. Sed de creaturis miseris quibus student fecerunt sibi deos.delicijs diuicijs.⁊ honorificentijs quibus sunt immersi.⁊ sicut ait apls.Ro.i. Mutauerūt gl'am incorruptibilis dei in gl'am ymaginis corruptibilis hominis volucrū quadrupedū.⁊ serpentū. Serpentes comedentes terrā sunt auari.volucres p̃ aera volātes sunt supbi alta querentes.quadrupedes per lutū incedentes sunt luxuriosi. Isti omisso cultu ⁊ studio veri dei totū studiū suū ponūt ad ista vt videanf ꝓ dijs ⁊ summis bonis habere ea. Et sic corrupti sunt ⁊ abhominabiles facti sunt in studijs.suis nō est qui faciat bonū. Quō bonum facere possunt qđ sit rei bonū.cū mōs nō habeat

Capitulū Quartūdecimū

neq; accipere possit spiritum sanctum. scōm doctrinam xp̄i. Johan. xiiij. a quo, pcedit omne bonum. Nec enī mundi amatores cognoscūt verū deum. Johan. j. Mundus eum non cognouit. Nolite ergo diligere mundū neq; ea que in mūdo sunt. In mundi amatoribus ex quo corrupti sunt et abhominabiles facti sunt, in studijs suis non est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum Vbi tria possunt notari in amatoribo mūdi. p̄pter que mundus non est diligendus secūdum sententiam. Johannis enangeliste. Nolite diligere ⁊ cetera.

Primū defectibilitas mūdialitatis. ibi. Corrupti.

Secundum vilitas entitatis. ibi abhominabiles facti sunt.

Tercium nullitas probitatis. ibi. non est qui faciat ⁊c̄.

Quātū ad primū .§.II

defectus mundi quomō ipe deficiat p̄nue cum rebus quas pro summis bonis habent amatores mundi ostendit p̄s. cum dicit de eis. Corrupti sunt ⁊c̄. Unde et cum amor huius mundi q̄ erat in descendentibus a Caim qui primus edificauit ciuitatem in mundo vocans eam Enoch Genē. iiij. quod interp̄tat dedicatio, quia se totaliter per amorem dedicauerat mundo. tamen q̄ iste amor seculi subintrauit in generatōez Seth effecta est mala ⁊ corrupta mente ⁊ corpore. Un de dicit Genē. vi. Corrupta est terra coram deo ⁊ repleta iniquitate p̄pter q̄ deus īmisit diluuium vniuersale, ⁊ sic corrupti sunt omnes qui erant in mūdo. exceptis reseruatis in archa. Quātuis aūt corruptio stricte importat mutationem seu destructionē rei quantū ad formam substantialem. sicut vinum dicit corruptū quando efficitur complete acetum vel marcidū, ⁊ animal dicitur corruptū cum moritur ⁊, efficitur cadauer tamen largius sumitur in scriptura, p mutatiōe etiam scōm aliquam qualitatem corpalem vel spūalem. Et scōm hoc dicit ap̄lus. ij. Corin. iiij. Ils qui noster est homo exterior corrumpit. scīz scōm diuersaz̄ varietatē qualitatum. ⁊ Eccl. viij Omnes in corruptiōe sumus. ⁊. ij. Thi. iiij. homines mente corrupti sunt ergo amatores mundi mente ⁊ corpe dum diuitijs ⁊ delitijs ⁊ honorificentijs suis. Unde in li. Esaū. ponit locutio eoz in mundo isto. ⁊ postea in alio declarāt quō corrupti fuut ⁊ ad nihilū redacti Dicte inquiūt ad suos sequaces. Esaū. ij. ⁊ fruamur bonis que sunt scz in mūdo isto scz inhærendo eis totaliter per amorem. Utamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter. vino p̄cioso ⁊ vnguentis nos impleamus. Non p̄tereat nos flos temp̄is. Coronemus nos rosis anteq̄ marcescant. Nullum pratum sit q̄nod non pertranseat luxuria nostra Nemo sit exors luxurie nostre. Ubiq; relinquamus leticie signa. quoniā hec est p̄s nostra ⁊ hec est sors. Oppimamus pauperē iustū scz p̄ diuersos modos auaritie. Non parcamus vidue. nec veneramur canos multi temporis. Sit fortitudo nostra lex iusticie scz p̄ sup̄biā. hec ibi. Corrupti sūt cū suis amatoribo ⁊ in inferno se reperientes ⁊ p̄ angustia spūs gemētes dicūt. Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis ⁊ perditōis. Quid nobis p̄fuit sup̄bia. aut quid diuiciaz̄ iactantia contulit nobis. Trāsierunt omīa illa tanq̄ vmbra. Sap̄. v. Nolite ergo diligere mundū ex quo corrupti sunt omēs mūdi amatores cū suis, ⁊ defecerūt quācitius. ⁊ deficiunt cuius celeerimus defectus ⁊ corruptio tripliciter potest ostendi.

Primo ex scripturis.

Secundo ex figuris.

Tercio ex experientijs.

Scripture taz sacre q̄z alie insinuāt clare q̄ḡto transeat vita huius mundi cū suis vanitatibus Unde ap̄lus. j. Cor. vij. Qui vtunt hoc mundo tanq̄ qui non vtant. i. non multum inhæreāt p̄ amorē ipis rebus, ⁊ subdit. Preterit enī figura huius mundi. Substātia vniq; mūdi scz elemētoz ⁊ celoz ⁊ hominū nō preterit sed stat in eternum. preterit autē figura. i. apparentia que pulchra ⁊ suauia apparent in mūdo. Et q̄ḡto pretereat. Job. xx. oñdit dicens. Gaudiū hypocrite ad instar puncti. Vere mundus est hypocrita qui p̄m apparentiā exteriorē videt bonus. ⁊ scōm rei veritatē est malus ⁊ plen⁹ miseria ⁊ nequicia ita mundus iste videt in istis sensibilibo rebus bonis. sed est plenus falsitate ⁊ malicia. Gaudiū aūt' ⁊ omis delectatio eius est ad instar puncti q̄ est quid indiuisibile. Naz̄ de p̄teritis delectatōibus nihil habes. sicut nec de p̄terito tempe misi reatū. de futuro nihil obtines, solū g̃ nūc instās habes quod subito trāsit. Ducūt inquit idem in bonis dies suos scz mūdani ⁊ in p̄cto ad infernа descendunt. videlicet in morte. Idem oñdit Grego. dicēs in p̄mo moral. Cū mūdi gl̄a repētinus finis intercipit. breuis, pculdubio innotescit fuisse. Et in quadaz̄ omel. ait. Ecce mōs qui diligit fugit. ⁊ quia labentē mundū retinere nō possumus. necesse est vt cū ipo labamur. ⁊ Ber. in quodā sermone. Omis delectatio mūdi hui⁹ vniuersaq; eius gratia. ⁊ quicq̄d in eo ꝺcupiscit p̄rsus modicū est in illius felicitatis, ⁊ gl̄e comparatione si tamen modicū dici debet. ⁊ nō pon⁹ nihil. Quomodo corrupti sunt amatores mundi mente ⁊ corpe ostendit Joel dicens velata locutione. Audite senes ⁊ auribus p̄cipite omnes habitatores terre ⁊ paulo post. Residuū eruce comedit locusta. residuū locuste comedit brucus residuū bruci comedit rubigo, exp̄giscimī ebrij

ꝛ vlulate oēs qui bibitis vinū in vulcedine quo niā perijt ab ore vro. Quantū ad sensū m ysaiā Nico. de lira de quatuor monarchijs mūdi exponit signatis p erucā. locustā. brucū. ꝛ rubiginē. a quibꝫ devoratus ꝛ corruptus est mōs p bella innūera. sicꝫ p illa corrūpunt ꝛ ꝯsumunt blada. Eruca ergo fuit monarchia assiriorū que cū exercitibus suis ꝯsumpsit mūdū in partibꝫ orientis Locusta fuit monarchia medorū ꝛ psarū q̄ in alia parte mūdi ꝯsumpsit ꝛ devorauit multa. Brucꝰ fuit monarchia grecorū que mōm in alia pte corrupuit. Rubigo fuit monarchia romanorū que ī partibꝫ occidentis destruxit qđ remanserat, occisis innūerabilibꝫ milibꝫ p̄ plia ꝛ p̄cipue ciuilia Vinū q̄ ebrij sunt hoīes ꝛ ſoporati est amor mūdi dulcedo eiꝰ ē delectatio eorū que sunt in mūdo sed debent homīes excitari ꝛ ꝑsiderare, quoniam perijt vinum omīs amoris ꝛ delectationes que sunt in mūdo. Corrupti sunt ergo oēs ille monarchie cū suis bonis vanis. Greg. autez in libro xxxiij. moral. exponit spūaliter de vicijs que corrumpunt mundū in mēte. dicens erucā que incedit toto corpe luxuriā significare que aliquos mundanos ꝯsumit. Locustam que volere videt sed cadit p superbiam ꝛ elatiōem ꝛ p̄sumptionem que alios corrūpit in mūdo. Brucum vero gulā quia multū devorat. Rubiginē scz ventē vrentem dicit significare irā que subito incendit. vel auriciā que vrit mentem. Ebrios dicit signiacare amatores mūdi. Expgiscimini ergo et nolite diligere mundū quoniā perijt vinū. Scdo ostē dit quomodo mūdus ꝛ vita p̄sens cito transeat cum suis gaudijs p figuras. i. p ea. quibꝫ assimilatur. Assimilat enī rebus valde caducis. videlicet vmbre, flori. feno. nebule. seu vapori. tele. et alijs huiusmodi. Homo inquit ps. cxliij. vanitati similis factus est. i. mutabilitati, dies eius sicut vmbra pretereūt. Mundus dicit a motu. Et cū̄ vis omnia sint in motu iuxta illud boetij, Stabilisq̄ manens das cuncta moueri. ꝓpter quod omnia vanitas. homo tamen dicit vanitas vanitatum. Ecclesiastes primo. quia sup omīa mutabilis. affectu. intellectu. sensu. loco. alteratione corruptiōe ꝛ nunq̄ in eodē statu permanet. Job xiij. Dies eius subdit ps. sicut vmbra pretereūt. Quanto quis magis insequit vmbrā suā. tanto magꝭ fugit. ꝛ imperceptibiliter vmbra deficit Clama dixit dns semel Ysaie q̄ respōdit. Quid clamabo. Cui dns. Omnis caro fenū ꝛ omis gl'ia eius quasi flos agri. Exicatum est fenū ꝛ cecidit flos. quia spiritus dñi inflauit in eo Ysa. xl. Clere fenum est populus. Sicut enī fenū nascit viride ꝛ paulatim crescit. Superueniente vero calore arefit. ꝛ per falcē de terra euellit ꝛ ab animabilibus comedit. Flos ex herba ꝓducit pulcher ꝛ amabilis aspectu. sed paulopost decidit ꝛ marcescit ꝛ p nihilo habet ita homo nascit ꝺ muliere vt fenū de terra habēs viriditatez viuacitatis in iuuentute. sed calore naturali paulatim ꝯsumente humiduz radicale. senescit decidit indurat et arescit. ꝛ p falcem mortis de agro mundi tollit. ꝛ vermibꝫ corpus comedendū trahit. Anima vero si amore seculi secū habet a bestijs inferni devorat̄. Flos enī est gloria hominis. ꝛ honor quē habet in mūdo pulchritudo ꝛ delectatio. Sed cito transit ꝛ p nihilo estimat. Que est vita nīa inquit Jac. in canonica sua. Vapor ad modicum parens. ꝛ deinceps exterminabit. Sicut enī nebula de terra vel de aqua exijt ꝛ paulatim in aera ascendit, sed cito apparente solis radio dissoluit ꝛ ad terrā imperceptibiliter resoluit. ita homo apparet aliquantulū in mundo ꝛ calore febrili dissoluitur ꝛ ad terraz pternit ne amplius videat ꝛ Ezechias in cantico suo ait. precisa est velut a texente vita mea. dum adhuc ordirer succidit me de mane vsqz ad vesperā finies me. Ysa. xxxviij. Assimilat vita nostra tele quo ordit. cuius vna pars est texta. ꝛ tamen inuoluta manet. et paruz de ea videtur. alia texenda ꝛ etiā nō videt. soluz illa pars in qua laborat p multum laborē ꝛ motum videtur. Sed tela materialē non p̄cidit texens ꝯmuniter. nisi cū ꝯpleuerit. quia dñs habet in hoc sup eam. Sic de tempore preterito vite nostre nihil videt. de futuro minus. sed solum quod habem⁹ in p̄senti breue est ꝛ quasi momentaneum in quo laboram⁹ repleti multis miseriis nec est in voluntate nostra quādo precidat tela vite nostre. sed est in manibus dei qui solus habet dominiū mortis ꝛ vite. ꝛ cum credim⁹ durare vt in iuuētute anteq̄z pficiat ꝛ dueta fad senectā ipe precidit subito. Et ideo dicebat. Estote parati quia nescitis diem neq̄z horā Matth. xxv. Et dies dñi sicut fur in nocte ita veniet ait apls. O misera vita inquit Augu. quantos decepisti quantos seduxisti. que dū videris vmbra es. dū exaltaris fumus es. dum extolleris nihil es. dulcis es stultis. amara es sapientibus. Et. b. Sebastianus ex his que legebat in li. quez angelus ante eū tenebat aptum ait. Hec vita fugitiua est hec ab inicio mundi in se credentes fefellit, se expectātes decepit. de se p̄sumētes derisit, ꝛ vt omnibꝫ pbetur esse mentita nullū omīno securum reddit. Hec impar crimīa. suadet scelera, hec admonet furē vt rapiat. iracundū vt seuiat. mēdacem vt fallat. Damascenus assimilat statuz mūdi seu vitā p̄sentem cuidā fugienti ante vnicornē insequentē eū qui cadere incipiēs in foueā ꝓfundissimā se retinuit manibꝫ applicās se ad quandā arbusculā ꝛc. vide in legendis Jacobi de voragine circa finē in hystoria Barlaam. Defectio mūdi ꝛ gl'e ꝛ delectatio q̄ cito sit pitura oñditur ex experientia que est rex magistra. Ubi sunt p̄n-

Capitulū Quartūdecimū

cipes gentiū inquit baruch. iij. ⁊ qui dñant sup bestias que sunt super terram. i. super homines bestialiter viuētes ⁊ luxuriosa. qui in auibus celi ludunt. i. in superbis ⁊ ambitiosis qui argentū thesaurizāt ⁊ auꝝ in quo ꝓfidunt homīes. et non est finis acquisitionis eorum. Et respondet sibi ipsi docente experientia quotidiana. Exterminati sunt. i. extra terminos mundi missi sunt per mortem. ⁊ ad inferos descenderunt. ⁊ alij in loco eoꝝ surrexerunt. Vbi est potentia ⁊ dominium Assueri qui regnauit sup centū viginti septē puīcias. Vbi victorie celeres ⁊ triumphi Alexandri magni. Vbi diuicie regis Ezechie vl' Salomonis. Vbi fortitudo hercules vl' hectoꝝ Vbi pulchritudo Helene vel Absalonis'. Vbi lasciuie Cleopatre ⁊ Almonis. Vbi gloria ⁊ magnificentia Julij cesaris vel Auguſti Octauiani imperatoris Vbi fama sapientie Aristotelis Pictagore. Socratis Ptholomei ⁊ Platonis Vbi eloqn tia Demostenis Tituliuj. ⁊ Tullij. ⁊ Catonis Extermīati sunt ⁊ ad inferos descenderūt omīa hic relinquentes ⁊ nil secuꝝ nisi culpā cum pena portantes Corrupti sunt omnes hi anima ⁊ corpore. Et vt magis particulariter videatur vanitas et defectio mundi. adducamus in medium vnum qui omnia que amant a mundanis expertus est sc̄z Salomon ipe loquens de se ipso ait. Eccl. ij. Magnificaui opa mea. Edificaui mihi domos Plātaui vineas. Feci ortos ⁊ pomeria ⁊ conserui ea cuncti generis arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum vt irrigarē siluaꝝ lignorum germinantium. Possedi seruos ⁊ ancillas. Multamq̄ familiam habui. Armenta quoq̄ ⁊ magnos ouiū greges vltra omnes qui fuerunt ante me in hierlm. Coaceruaui mihi argentū ⁊ auꝝ ⁊ substantias regꝝ ac ꝓuinciarꝝ. Feci mihi cantores ⁊ cantatrices delicias filioꝝ hominum Scyphos ⁊ vrceos ad vina fundēda in ministerio. ⁊ supergressus sum opib⁹ omēs qui fuerūt ante me in hierlm. Sapientia quoq̄ ꝑseuerauit mecum. ⁊ omīa que desiderauerūt oculi mei nō negaui eis. Nec ꝓhibui cor meū quin omni voluptate frueret. Et subdit. Cūq̄ me conuertissem ad vniuersa opa que fecerāt manus mee ⁊ ad labores in quibus frustra sudauerā repi in omnibus vanitatem ⁊ afflictionem animi ⁊ nihil permanere sub sole. In predictis ꝑbis ostēdit Salomon q̄ expertus est ⁊ habuit omnē magnificētiam eoꝝ que amantur a mundanis. Sed in. iij. li. Reg. in pluribꝫ. c. ⁊ in. ij. paralipo. magis diffuse ⁊ diligēter declarat magnificētia eius quo ad diuicias. delicias. potentiam ⁊ sapientiam eius Nam quantum ad potentiam ipe fuit magnus rex. ⁊ regnauit super totum populum dei. xij. tribuum. Fuit sibi concessum viuente pre suo. Dauid cum esset annorum. xij. reprobato a regno, Adonia quem iuuabat Joab princeps exercitus ad habendū regnum et alijs pluribus. Clamauitq̄ omnis populus. viuat Salomon rex. Ascenditq̄ vniuersa multitudo post eum. et populus canentiuꝫ tibijs et letantium gaudio magno. vt habetur tercio. Regum primo. Sublimitatem regni sui ⁊ dominij ostendit scriptura cum dicit tercio Regum quarto. capi. q̄ Salomon erat in ditione sua habens omnia regna secum a flumine terre philistijm vsq̄ ad terram egypti offerentium munera et seruientium sibi cunctis diebus vite sue. Et ibi nominantur duodecim magni principes quorū quilibet suo mense in anno Salomoni et familie sue necessaria ministrat ad victum. habuit quoq̄ magnam pacem in regno suo. Dicitur primo paralipo xxix. q̄ habebat pacē ex omī parte in circuitu. habitabatq̄ Juda et Jsrahel absq̄ timore vllo. A Dan vsq̄ Bersabee cunctis diebus Salomonis. Tanta autem erat familia curie eius q̄ de nullo alio domino mundi legitur vt puto. Hꝫ tercio Regum quarto describitur cibus quem volebat omni die pro familia sua. vbi dicitur. Erat autem cibus Salomonis per singulos dies triginta chori similē. ⁊ sexaginta chori farine. decem boues pingues. ⁊ viginti pascuales. ⁊ centum arietes excepta venatione caprearum ceruorum ⁊ bubalorum et auiuꝫ altiliuꝫ. puto q̄ chorus fuerit ponderis mensura mille librarum. Ex quo potest verisimiliter comprehendi q̄ familia sua erat circa triginta milia personarum. habebat quoq̄ quadraginta milia presepia equorum curilium. ⁊ duodecim milia equestrum. tercio Regū quarto ⁊ scō paralipo. De diuitijs eius dicitur tercio Regum tercio q̄ deus dedit Salomoni diuicias ⁊ gloriam vt nemo fuerit ei similis in regibus cunctis retro diebus. Omnesq̄ qui remanserant de amorreis. etheis. iebuseis pherezeis. fecit sibi tributarios. Regina quoq̄ Saba dedit sibi centum viginti talenta auri ⁊ aromata multa nimis gemmasq̄ pretiosas. Et vt dicitur tercio Regum decimo. Erat pondus auri quod offerebatur. Salomoni per singulos annos. dcccclxvi. talentoꝝ auri excepto eo quod offerebant viri qui erant super vectigalia ⁊ super negociatores. ⁊ omnes reges arabie duceſq̄ terre Vbi sciendum q̄ talentum est triplex secundum Catholicon. primum est. l. libraruꝫ. Jm aliquos lxxij. libraꝝ. Jm alios. cxx. libraꝝ. Sumendo autē medium sc̄z q̄ esset. lxxij. libraruꝫ introitus eius ascēdebat ad. 47952. libras auri. Libra autem auri valet circa. lxxx. ducatos. Erat ergo introitus ei⁹ annualis' quarto milioni ⁊ quingento quinquagintaquinque miglaria. ⁊ quarrocento quaranta ducati sine alijs introitibꝫ communibus. Argentum autē erat in tanta copia vt nul-

lius reputaretur preciꝫ diebus eius. Fecit Insup templum mirabile in hierlem de quod famosum erat in toto orbe. vt patet in .iij. Reg. diuersis. c. ad cuius opus. lxx. milia virorum erant occupati ad incisionē lapidū de montibus vt dicit ꝫ. palipo. ij. ꝫ in .vij. annis cōpleuit tam grande opus. Fecit deinde domos suas ad habitandū in .xiij. annis. De sapientia ꝫ fama eius scribit. iij. Reg. iiij. ꝙ salomon erat notatus in vniuersis gentibus p̄ circūitū. Locut⁹ quoq; ē triamilia parabolas ꝫ fuerūt carmina eius quinq; milia et disputauit sup̄ lignis. i. arboribus a cedro que est in libano vsq; ad ysopū que egredit de pariete ꝫ disseruit de iumētis ꝫ volucribus ꝫ reptilibus ꝫ pisc̄ibus. ꝫ veniebant de cūctis pp̄lis ad audiendū sapientiā Salomonis. Et in .iij. etiā Reg. x. c. dr ꝙ regina Sabba venit a finibus terre audire sapientiā Salomonis, ꝫ videns domū familiā ꝫ ordinē ministrantiū nō remansit in ea alitus p̄ admiratione sapientie sue. Unde ꝫ dixit ei. Uidi oculis meis ꝫ p̄bauī ꝙ media ps nūciata nō fuerit mihi. Maior est sapientia tua quā rumor quē audiui. Et in .iij. c. eiusdē libri legit ꝙ precedebat sapientia Salomonis sapiam omniū orientaliū ꝫ egyptioꝝ, ꝫ sapiētior erat cūctis hominibus hec sunt sibi collata diuinus in somnis. ꝑ̄ put postulauerat a principio regni sui in sui pueritia ꝫ precipue in iudicādo pp̄lm, qđ maxime ostēdit in p̄ncipio ꝫ p̄mo iudicio ꝫ sniā quā tulit cōtendentibus duabus meretricibus coram eo vt patet ibi, de delicijs iam dicta sunt a deo sed turpe est dicere de voluptatibus eius cū vt dicit .iij. Reg. xi. Fuerūt ei vxores quasi regine septingēte trecēte milia ꝫ p̄cubine triamilia his copulat⁹ ē Salomō ardentissimo amore. Et auerterūt mulieres cor eius. cūq; iam senex esset deprauatuꝫ est cor eius p̄ mulieres. Ubi notandū ꝙ in tanta magnificētia sua, potentia fama ꝫ abundantia. nō ē auersus a deo nisi p̄ inordinatū amorē voluptatū. Et nisi penituerit corrupt⁹ in anima ꝫ corpe asset ꝫ damnatus. Sed hebrei dicunt ꝫ plures doctor. sanctum penituisse. ꝫ tunc fecisse hunc libruꝫ. Ecclē. Unde intitulāt eum hebrei de penitentia. Salomonis. Quid ergo concluſit omnia exptus. Reperi in omnib⁹ vanitatē ꝫ afflictionē. ꝫ nil p̄manere sub sole. sed omnia deficere. Corrupti sunt ergo omnes mundani in amore mundi. Et nō nolite diligere mundum.

Secundo contē .§.iii

nendus est mūdus non amandus ꝓpter vilitatem entitatis eoꝝ que sunt in mūdo. Unde dic̄ abhominabiles facti sunt in studijs suis. Res fedē sunt vilissime ꝫ abhominabiles. Dicit aūt ꝑplexa abhominabiles facti sunt in studijs sicut ea que dilexerūt sc̄z amatores mūdi. Ea enī est vis amoris vt talem te esse necesse sit quale est id quod amas scdm Aug. ꝫ Hugo. Habet enī amor viz vnitiuā ꝫ tranſformatiuā scdm dyonisiū Cuz ḡ vilia sunt que amant⁹ a mūdanis ꝫ abhominabilia ꝫ ipi q̄z efficiunt⁹ abhominabiles Ciuitas aūtē ꝫ abominabilitas mōdialiū apparz tripliciter respectu

Primo respectu materie qualitatis.
Secundo respectu anime nobilitatis.
Tercio respectu mixture anp̄rietatis.

Qualitas materie mūdialiuz est valde vilis. vñ dicit Jere. iij. Stultus populus meus me non cognouit. Filij insipientes sunt ꝫ vecordes. Sapientes sunt vt faciant mala. bene aūt facere nescierūt. Aspexi terrā ꝫ ecce vacua erat, ꝫ nihil q̄si diceret. Ecce stulticia maxima hominū q̄ totum amorē ꝫ cogitatū suū ponūt ad terrena ꝫ mūdana cū tamen vacua sit terra veri ꝫ firmi boni. et nihil sit quod in ea appareat boni. Nihil enīz est quod de se tendit in nihilū. ꝫ sicut omnia ex nihilo facta sunt, ita ex se habent redire in nihilum. Quid aūt vilius dici p̄t. immo ꝫ nūcupat⁹ tali nomine quo nihil vilius nil abhominabilius est. s. stercus. Eccle. xxij. De stercore bouū lapidatus est piger. qui deo nō seruit. sed mūdo. Piger enī in dei ope h⁹mōi lapidat⁹ grauat⁹ pcutit⁹ occidit⁹. de stercore boum. i. de possessione temporaliū p̄ inordinatū affectum diuiciaꝝ quas p̄dicatores sancti q̄ vt boues scindūt terrā peccatoꝝ. sed ad frucrificādum reputāt stercora fm exp̄sitionē Greg. Uñ ap̄lus ad Phil. iij. Omnia arbitratus suz vt stercora. vt xp̄m lucrifaciā. Et Joel. p̄mo dicit. Computruerūt iumenta in stercore suo quod exponit Greg. dicens ꝙ hoc est mundi amatores in luxurie ferorem vitam finire. Unde Eccle. ix. dicitur Omnis mulier fornicaria vt stercus conculcabit⁹. ꝫ de gl'a peccatoris dicit⁹ p̄mo. Maccha. ij Gloria eius fierc⁹ ꝫ vermis. Et quid sunt aūt argentum ꝫ alia metalla in q̄nib⁹ p̄cipue p̄sistunt diuitie nisi fex terre. Quid sericū vnde fiunt pulchra ornamenta nisi stercus vermiū. Quid varia vñ gloriant⁹ homines nisi pelles vermium ꝫ muriuz Panis ꝫ vinuz ꝫ alij fructus ex terra nascuntur que pingue fit stercoribus animaliū. ꝫ sumpta in cibum ꝫ potum in stercus ꝫ urinā p̄uertunt⁹. Et quid est ip̄e homo quantū ad materiā inq̄t Ber. Nisi sperma fetidū. saccus stercoꝝ. cibus vermium Cui⁹ finis talis est ip̄m quoq; tale est fm p̄bum Quis finis luxurie. nōne stercus. Quis finis deliciaꝝ esus ꝫ potus. nōne cruciatus aliquando ventris vel capitis cū nimis est ꝫ demū stercus. Quis finis dūij nōne seruitus. Quis finis honoris nōne frequēter confusio. Qui finis hominis quo ad corpus. nōne cinis. vnde Job. xx. hoc scio a principio ex quo positus est homo sup̄ terram ꝙ laus impiorum est breuis. Et paulo post si ascenderit in celuz superbia eius. ꝫ caput eius

Capitulū Quartūdecimū

nubes terigerit. quasi sterquiliniū in fine ꝓdetur ꝙ qui eū viderant dicent. Vbi est. velud somniū euolans nō inueniet. Sicut cosdroe rex ꝓsarum qui ita superbiuit vt facta sibi turri argentea faceret se adorare vt deū. sed ꝓstratus est captus ꝙ decapitatus est ab Heraclio imperatore. ꝙ in sterquiliniū redactus. Nolite ergo diligere mūdū ꝛc. Ecce ostendit vilitas mūdi respectu nobilitatis aīe ꝑ xli. Abissus abissum inuocat. abissus cui nō dat fundū est ds infinitus cuius magnitudis nō est finis. Abissus ē aīa nīa infinite capacitatis in potētia. Nunq̄. n. pōt tantū veritatis intelligere vel bonitatis gl̄e habere. q̄n adhuc plus acquirere possit seu accipe. Abissus g̀ inuocat abissum quia aīa quasi infinite nobilitatis appetit deū nobilissimū ꝙ summū bonū qđ clarius loquēs sup dic: Sitiuit aīa mea ad deū viuū. Fecisti. n. nos dne ad te ꝙ inquietū est cor nr̄m donec requiescat in te. inquit Aug. in li. ꝓfes. Est ergo anima nobilissima in se. ꝙ respectu nobilitatis eius oīa terrena vilissima sunt. nō solū metalla ꝙ aīalia. sed ꝙ celū ꝙ sydera. sol ꝙ luna. Sicut vinū ꝙ si in se sit ꝑciosum. ꝓpatū tñ balsamo vilissimū erit. Aurū in se nobile ꝙ car est. sed ꝓparatū adamanti carbūculo vel topasio. vile erit. Sic nobilissima aīa cum sit. vilia ꝙ abhominabilia sunt respectu eius cetera ꝓpter qđ dicebat Bern̄. O anima insignita dei ymagine decorata similitudine. ꝙ redēpta xp̄i sanguie. despōsata fide. dotata spū. deputata cum angelis. capax beatitudinis. hæres bonitatis. priceps rōnis quid tibi cum carne. quasi dicat quō amore inhæres istis rebꝫ mūdi que ordinant ad carnē cuꝫ sis ita nobilis. ꝙ ipa. s. caro ita vilis vt sit quasi infinita distantia magis q̄ inter celū ꝙ terraꝫ. Sicut aūt res nobilis ꝙ ꝑciosa si ꝓiūgat rei multū ignobiliori vilificat. sicut siq̄s ꝓiungeret aurū cū luto. vel bonū vinū cuꝫ aceto vel aqua Ita anima in se nobilis efficit vilis ꝙ impura ꝙ abhominabilis. cū amore ꝓiungit cū istis mundanis rebꝫ ꝓpter qđ dicit q̄ abhominabilis est dño ipius ꝙ impietas eius. Sap̄. xiiij. Habitatio quoq̄ anīe ꝓpria in celo est in quo habitare ꝑ affectū debet. secōm illd Phil. iij. Nostra conuersatio in celis est. Sed terra cū omnibꝫ q̄ in ea sūt est vt pūctus scdm̄ astrologos respectu celi. Quā vilis eēt qui ꝑ maxima ꝙ nobilissima ciuitate caperet vnū vile tugurīū. quale ē mūdus respectu celi. Sed nec totū mundū seu terrā cuꝫ omnibꝫ bonis suis q̄s vnq̄ possedit. Quis aūt possedit vnq̄ totū aut argentū. aut lapides p̄ciosos mūdi. Quis dñatus est simul oīb⁹ gentibꝫ vl aīalibus terre. Quis obtinet omnē honorem et glām. Nonne si quis a multis laudat ab altꝫ ei detrahit ꝙ maledicit. Quis oēm voluptatē intē tam venereoꝝ vl ciboꝝ ꝓsecutus est. Sed ꝙ cuꝫ omis delectatio sensualis passio sit vnde ꝙ cum trā simutatōe corꝑali si inordinate ꝙ nō moderate accipit nocet q̄ plurimū ꝙ vilissima creatura efficit qꝫ similis deitꝫ. Eccl. iij. Dixi de filijs hominū vt ꝓbaret eos ds ꝙ ondēret similes eē beſtijs. Vilissima de mū ostendit omis creatura respectu gl̄e supne seu beatitudinis diuine ad quā videndā ꝙ ꝓfruēdā aīa est creata. Oculus enim nō vidit. nec auris audiuit. nec in cor hoīs ascendit. que ꝓparauit ds diligentibꝫ se nō mūdū. sed se deū. i. Cor. ij. Vilio illa tante pulchritudis est tantoq̄ amore dignissima vt sine illa Plotin⁹ phūs aīam q̄busdam ꝙ q̄tislibet bonis repletam estimet infelicissimā ait Aug. de ci. dei. Ex hac se quit gaudiū immensuꝫ cui⁹ ꝓparōne omē gaudiū ꝙ delectatō mōi vilissima ꝙ abhominabilis est vñ Ber. Illud est vꝝ gaudiū ꝙ summū qđ non est de creatura sed de creatore ꝓcipit. quod cū acceperis nemo tollat a te. cui⁹ compatōe omis iocūditas meror est. omis suauitas dolor est. omne dulce amarū. omne decorū fedū ꝙ omne qđ delectare pōt molestū. Et Sap̄. xi. Tanq̄ momētū statere sic est ante te sc̄z o deus orbis terraꝝ ꝙ tanq̄ gutta roris ante luchanū que descēdit in terram Abhominabiles fiūt g̀ hoīes amatores mūdi. ꝓp̄ vilitatē que in mūdo reperit ꝓpatione anime respectu sui capacitatis. habitatōis ꝙ vltimi finis sc̄z gl̄e. Et ido. Nolite diligere mūdū ꝛc. Certō ondit̄ vilitas mūdi. i. eoꝝ que amant a mūdanis respectu anxietatis ꝙ mixture que est in ipis diuitijs. honorificētijs. delicijs ꝙ huiusmōi. Risus. dolore miscebit. ait Salomon. puer. xiiij. Job. v. Homo nascit ad labōrē. Et in figurā huius dictū fuit. Esde in ꝑsona totius humani generis. Spinas ꝙ tribulos germinabit tibi. Gene. iij. sc̄z terra q̄tūcunq̄ colas. Sic q̄tūcunq̄ qs querat fructū delectatōis ex terra corꝑis sui diuersis exercitijs. tamen spinas diuersarū ꝓtrarietatum affligentiuꝫ eum vel tribulos remorsionis ꝓscientie patitur. vt non integre letari possit vel non ꝓsequendo vt libet vel timendo ne ꝓdat Unde ꝙ Boetius de philosophica cōsolatione dicit q̄ multis amaritudinibus felicitas huius mundi respersa est. nec est ait idē aliquis tam cōpositē felicitatis qui nō aliqua ex parte cū sua fortuna rixetur. Nam si habet aliquis diuitias aliquando nō habebit filios vel si habet malos inde cruciatur si bonos timet ne moriant. Si habet diuicias ꝙ filios aliquādo non habebit natales nobiles. Si nobilis sit non habebit honores Si honores multas inuidias ꝙ inimicitias patietur. vel infirmitates greues incurret. ꝙ sic semper habet in mundanis cum gaudio mixtam aliquam anxietatem. Achab regnū habebat israel. ꝙ quia nō poterat habere vineaꝫ Naboth de qua volebat viridariū facere ex tristicia infirmat' ē. iij Reg. xxi. Aman agagites erat primus in curia

cies gule seu modus est nimis comedere vel etiam bibere. qđ enī dr de esu totū sciẽdum est đ potu. § locutō in hmōi fit de esu. qr ibi magis offẽditur et frequẽtius qñ in potu. Cũ aũt ita excedit in quãtitate vt incurrat ebrietas. illud est vnus viciũ spāle de quo dicef. j. Cum vero bibitur vltra debitū sed citra ebrietatẽ. ptinet ad hãc speciem gule. Ab hoc vicio deuicti sunt multi ex illis ebrijs in deserto de quib dr in versicnlo allegato. Mãducauerũt et saturati sunt nimis. ꝓmederunt ergo coturnices quas dñs fecit circa castra eoꝝ euolare quas captas comederũt in nimia qñtitate. sed puniti sunt igne de celo gulosos illos ꝓburẽdo. vt hĩ Nume. xi. Et ꝓpetrari pōt istud viciũ ita circa vilissimos cibos et potus sicut circa delicatos et p̃ciosos. vnde dr Ezech. xvi. Hec fuit iniquitas sororis tue sodome. saturitas panis et aque. De quãtitate aũt cibi et potus nō potest dari vna certa regula omnib ꝑm eandẽ mẽsuram. § plus et minus exigit ꝑm varietatẽ complexionũ et fatigationum. Vnus etiã et idẽ plus indiget vno tempore qñ alio ꝑm dispositōem sui corpis. vnde pb̃s in li. Etbicoꝝ narrat đ quodã fortissimo viro dicto Milone qui ꝓmedebat solus aliquando vnum bouẽ. nec erat grauat? stomachus eius. Et alius qr debilis etiam de pauc̃ bucellis panis grauabatur. ꝓpterea inquit xp̃us Marh. xi. Venit Joan. baptista non mãducãs neq̃ bibens. s. communia cibaria et dicũt demonium habet. venit filius hom̃is manducãs et bibens. s. ꝓmuni modo. et dicunt. Ecce homo vorax et potator vini. et iustificata est sapia ab omnibus filijs suis. Et hoc vltimum verbũ tractãs Aug. ait. Docuit filios sapie intelligere nec in abstinẽdo nec in mãducando esse iusticiam sed i equanimitate tolerãdi inopiam et tempandi abũdãtiam et non se corrumpendi. di. xli. Quod dicit. et appellat filios sapiẽtie discipulos xp̃i. a quib dicit se sapiam iustificatam. i. iustam et sanctam in comedẽdo moderate. Tantum ergo potest et debet quis comedere et bibere quãtum credit se idigere ad sustentatōem et executōem eoꝝ que sibi incumbũt agẽda. ita vt non vsq̃ ad nauseã sumat. sed cum aliquali adhuc appetitu finẽ faciat. Cum aũt ex delectatōe cibi. vel potus pl? sumit q̃ sibi dictat ꝓscia opportunũ tunc peccat. et de crapula carni spiuꝝ et his que hñt di. nꝝ. de nicq̃. cũ glo. vi dr ibi eẽ mortale. dicit eĩ ibi Gre. Cum oẽs laici seculares illa die plus solito et ceteris diebꝫ accuratius cibos carnium appetãt. et nisi noua quadã auiditate vsq̃ ad mediam noctem se ingurgitẽt. ñ alr se hmōi sancti tp̃is obseruatōem suscipe putẽt. s. quadragesime. qđ vtiq̃ nō rōni sed voluptati ĩmo cuidam mẽtis cecitati ascribendũ est. Vnde nec a tali ꝙsuetudine auerti pñt. et ideo cum venia suo ingenio relinquẽ di sunt ne forte peiores existant si a tali cõsuetudine ꝓhibeant. Hec glo. ibi dicit cum venia sc̃z tp̃alis punitōis non gehennal. Neq̃ tñ oẽs excedentes illo tpe in quãto vel quali ꝓdemnandi sunt de mortali. ſz qui faciũt nimiũ excessuꝝ auertentes se a deo. b. etiã Aug. dicit esse reꝓhendendas comesatōes et ebrietates que fiũt in diebus solennibꝫ. vt di. xlvij. comesationes.

Secũda speci .§.vi.

es est comedere cibos nimis delicatos ꝓpter delectatōnẽ. vt capones. fasonos. ꝓnices. carnes vitulinas. lampredas. sturiones. et hmōi. vina solennia vt maluaticũ. vernaciũ. grecũ. trebianum. et hmōi Huic deditus erat dives ille qui epulabatur quotidie splẽdide de q̃ xp̃s dicit q̃ mortuus est et sepultus in inferno. Luc. xvi. In hãc etaz spẽm gule videnf lapsi hi de quib ait p̃s. Mandducauerũt et saturati sunt nimis. ñ em erãt ꝓtẽti cibo cõi et vtili et suaui mane de celo. sed apperierũt carnes et solẽnes. vñ et coturnices dñs dedit. Nume. xi. Si quis tñ vtaf cibarijs delicatis ꝓpter infirmitatẽ vel debilitatẽ hoc exigentẽ. aut generis nobilitatẽ vt principes. aut ꝓpter tp̃is cõgruitatẽ vt in nuptijs et quiuꝝ discretis pōt esse hoc absq̃ pctō. vñ Augu. Fieri em̃ pōt vt sine aliquo vicio cupiditatis vel voracitatis p̃ciosissimo cibo sapiẽs vtaf. Insipiẽs aũt fetidissima gule flãma in vilissimũ inardescat. Et sanio? maluerit quis more dñi pisce vesci q̃ lẽticula more Esau neptis Abrahe aut ordeo more iumẽtoꝝ di. xli. Quisquis. Et in ea. di. idẽ dicit. c. Nõ cogaf. diuites cibis pauꝑm vesci vtaf ꝙsuetudine infirmitatis sue. sed dol eãt se alr abstinere ñ posse. Si. n. ꝙsuetudinẽ suã mutãt egrotãt. Vltrã tur supfluis et dent pauꝑibꝫ necessaria. Vltãtur p̃ciosis et dent pauꝑibꝫ vilia. hec ille. Vñ laudabile est a puericia etiam filios nobilium assuescere cibis grossioribꝫ qđ fecit mr̃. b. Ber. erga filios suos nobiles et diuites. Sz et Ligurg? ethnicus ꝑ rectissim? ordiauit in legibꝫ suis adolescẽtulos ruri nutriẽdos cibis vilibꝫ. Sũme autez reꝓhensibile est iuuẽculos ad tabernas accedere

pignolatas ꝓfectões ꝛ alia gulosa comedere mal uatica ꝛ greca bibere in ꝙuiuꝭs cū alijs iuueni bus repire. Cum istis. n. lambacitatibꝫ iuducū tur ad omēm turpitudinē sodomiticam ꝛ hmōi Nimis inardescit in eis ꝓcupīa carnalis sāguīe in eis feruēte absq; hoc ꝙ ligna tāta ad augmen tandam flāmā apponāt. Cōuiuia aūt facere vbi cōiter lauta prepanꝫ cū ex amiccia vel alia cā ho nesta fiūt de se ñ sunt reprehensibilia. Naz ꝛ Job pmittebat filijs suis ꝙuiuia facere ꝓinuicē Job. i Et Joseph prepauit fratribꝫ suis ꝙuiuium. et Abrahā angelis hospitibꝫ suis. Geñ. xviij. et ꝑ cipue cum in ꝙuiuijs adsunt quinq; circūstātie quas ponit Gre. di. Sciēdum ꝙ cōuiuia tūc ex caritate veraciter pdeūt. cuz in eis absentiū nul lius vita mordet Nullus ex irrisione reprehendit Nec inanes secularīū negocioꝝ fabule. ⁊ verba sacre lectōis legunꝫ ꝛ audiunꝫ. Cū ñ pluſq; ne cesse est corpi deseruiꝫ. di. xviij. Conuiuia. Et qz raro est quin in ꝙuiuijs multa vana ꝛ irrisoria immisceanꝫ ꝛ vltra debitū comedaꝫ ꝛ delectetur iō refert Aug de cumētū sibi ab Amb. traditum vt vitaret cōuiuia quibus terminus temperan tie excedit ur

Tertia species .§. VII

gule est ponere nimis de tpe ꝛ cura ad prepādū cibos vt magis delectēt puta vt sint variati. assa ti. lixi cum aromatibꝫ cū saporibꝫ ꝛ hmōi. quo vi cio laborauerūt filij Heli sacerdotis. Nā cuz po pulus accederet ad offerēdū sacrificia aīaliū ad altare ſm mādatū legis veniebat puer qui. s. erat minister sacerdotis ꝛ dicebat offerenti. da mihi carnes. i. ptē aialis occisi vt coquā sacerdoti Nō enī accipiā coctā sed crudā. qđ faciebat vt accu ratius posset suo sacerdoti prepare. Et offerens rīdebat. Incendaꝫ prius ſm morē adeps. et po stea accipies. Et ille. s. minister nequaq;. Si ñ da bis accipiā eam vi. In ollis quoq; vbi coq̄bā tur carnes mittebat tridētē. ꝛ traxebat crudū de lebete. vt dī. i. Re. ij. vbi subdit ꝙ grāde erat pec catū eoꝝ. vñ in punitōem in bello ꝓtra philiste os occisi sunt. Et ꝑcipue in hoc solent delinque re diuites ꝛ etiā ꝑlati eccie. Unū Allan⁹ de plāctu nature ait. Hodie gule viciū ꝓfundius se porri git in dños ꝛ ꝑlatos. qui salmones. lucios. cefos q; pisces equipollenti generositate insignes va rijs decoctionū cruciant martirijs. balneātes of ficio sacri piperis fonte baptisant. vt multifor mem saporis grām ꝓsequanꝫ. Illius mistrorum ꝓfūdit. colat alius ꝛ ꝓficit. substātiā vertit in ac cidens naturā mutat in artē. vt saturitas trāse at in esurīē. hec ille. Sed magnā ꝓsciam sibi de bent facere tales de tāto tpe qđ amittūt ꝛ faciūt ministros amittere ꝓ hmōi prepatōe ꝛ expensis supfluis quib⁹ deberēt paupib⁹ subuenire. Et ꝺ forte etiā illi de quib⁹ dr. Vanduc auerunt ꝛ sa turati sunt ꝛc. in hoc viciū inciderūt. Nam cepe runt illas aues in copia ꝛ desiccauerūt vt postea possent sibi accuratius prepare in esum. Scien dum etiā ꝙ sumere cibos īmūde ꝛ sine ꝙgruenti prepatōe vbi cōmode ꝓuideri pōt vicios um est prīnēs ad viciū negligētie vel insensibilitatis. vñ Hiero. Nec affectate sordes nec exquisite de licie laudē pariūt quod inducit Gra. xli. dist. c. clericus. § i. de cibis sicut de vestib⁹. Qđ autem aliquos sanctos cibis cineres legimus ꝓbasse vel īmiscuisse vt. b. Germanus eps antisidiozē sis ꝛ scūs Frāciscus dicit Al. hoc fuisse laudabi le ꝛ virtuosum ex ope opante. ñ ex ope opato. i. ex intētōne opantiū. vt. s. subtrahentes se ab om ni delectatōe. s. corpali redderenꝫ magis capaces ꝛ apti delectatōnibꝫ spūalibꝫ ꝛ affectui ad dīna a deo ad hoc inspirati. sed illud opus in se non e rat laudabile. vnde nec imitabile nisi quis sic tra deo inspiratus esset

Quarta species §. VIII

gule est nimis ardeter seu nimia auiditate cibū vel potū sumere ad quod ptinere vidz comedere nimis rapaciter ꝛ festināter. Et licet quidā habe ant a naturali ꝙditōe vel assuefactiōe. tū ꝛ corpi nocet. qz non ita bñ potest cibus digeri quasi in teger deglutitus ꝛ minus bñ edificat. Et cum p cedit ex inordinato appetitu delectatōis gule pec catū est Hoc vicio supatus ꝓpter vnam escā sez lentis eduliū vendidit primogenita sua vt dicit apls ad Hebr. xiij. nam vt narrat Geñ. xxv. Cū reuerteret Esau de agro fessus ad domum inue niens ꝙ germanus eius Jacob coctum lentiuz ferculū comederet petiuit ab eo vt sibi ꝺ illo fer culo ad esum daret. Cui Jacob dixit. Cēde mi bi primogenita tua qđ ꝛ fecit ex ꝓnimia auidita te illius edulij ꝙ ipendēs ea ꝓ tam vili precio vendere. Unde ꝛ grauiter peccauit simoniā com mittēs. qz ius primogenīture tūc. s. in lege nasc erat spūale. Nā primogenitus tenebat locum ꝛ officiū sacerdotis Jacob aūt emēdo dr nō peccas se. qz potius redemit q̄ emit veratōem suam. et in hac spē gule ita peccaꝫ vilissimis cibis sicut p ciosis. imo freq̄ter offendūt hoīes nō facientes sibi conscīam ꝓpter vilitatē cibi. Et cū maiori de lectatōe gule comedunꝫ aliqñ herbe. fructus. ce pe. alea. ꝛ hmōi q̄ carnes. Nō attēdētes ꝙ viciū gule in primis pentibꝫ ñ fuit circa capones ꝛ cō fectōnes sed in fructibꝫ. Sed vt dicūt hebrei se cundum ꝙ allegat Nico. de lira fuit fructus fic⁹ Unde Aug. In omnib⁹ his rebus non vsus rerū sed libido in culpa est. Idem. Miles cibi appetē ter accepti impediūt puēnm abstinēcie Dauid aūt aquam concupitam effudit. xli. di. c. Delicie Hystoria Dauid bī. ij. Re. xxiij. vbi dicit ꝙ cuz

quadā die Dauid appeterz bibere ꝺ aqua ciſterne bethleē dicēs. O quis michi daret ꝺ aqua ciſterne que eſt in bethleē. ſubito tres ſocij eiꝰ fortiſſimi a ſeipſis iuerūt. ⁊ p medium caſtroꝝ ūimicorum philiſtiꝫ in qui tūc bēbāt ſtatiōem in bethleē tranſeuntes hauſerunt aquā de ciſterna bethleem ⁊ ſibi apportauerūt. ſed noluit bibere dicēs abſit vt periculum aiārꝝ horum ego bibam. ſed libauit eam dño. Infirmi vel ſani qui ſciunt vel ẽpti ſunt aliquid cibi vel potus nocere infirmitatibꝫ eorum. ⁊ tamen ſumunt ꝓpter auiditatez vitiꝫ peccant in hac ſpē gule. ⁊ hoc plus ⁊ minꝰ ꝑm exceſſum quem faciūt. Narrat etiā Greg. in iij. dyalogoꝝ de quadam ſanctimoniali que ānã lactucam in orto viſam colligens cū nimia auiditate comedit. ꝓpter quod a diabolo arrepta eſt ſed ab Equitio liberata eſt. Hoc etiam vicio peccauerunt iſti qui māducauerunt. vñ dr. Deſiderium eorꝝ ⁊c

Quinta ſpeciel .§.ix

gule eſt anticipare horam ſeu extra horam ſtatutam vel ꝙſuetam comedere ſine cā vrgente. nam ſi exigit infirmitas vel cā alia rōnabilis omīs hora eſt idonea. Cum nō ieiunaꝝ cōis modus ꝓprianoꝝ eſt bina comeſtio. ſ. prandium ⁊ cena. ⁊ per hoc ſanius viuitur. Qui enī comedūt pluries īdie vt animalia bruta ſunt nec ſane viuere pñt. cum ponant indigeſtiꝫ ſuper indigeſtum. vnde mali humores generantur ⁊ caput etiam fumo ſtantibꝫ eſt grauatum ⁊ male aptum ad ſpūalia Et hoc niſi magnus labor excuſet vt laborātes īagris. viatores. pueri dum ſunt in augmento. Qui autem de mane ſurgentes de lecto ſubito volūt comedere ⁊ bibere. ⁊ p̄cipue in diebus feſtiuis añꝫ vadāt ad eccl'am nimis īdeuoti ſunt ꝓtra quod dr Eccleſiaſtes. x. Ve tibi terra cuius rex puer eſt ⁊ cuius principes mane comedunt. Terra eſt homo. puer eſt ſenſualitas que appetit ſenſibilia vt pueri principes eius ſunt ſenſus. qui ānt illi qui regit a ſenſualitate ⁊ cū ſenſus vacāt comeſatiōibꝫ tempeſtiue qꝛ guloſus eſt. Iſaie. v Ve qui ſurgitis mane ad ebrietatem ſectādam. Nō vero ieiunari debet. vt in diebꝫ ſtatutis ab eccl'a. ſemel tantum comedi debet ⁊ circa horā nonam. Iueniendo autem notabiliter horaꝝ none vt in tertia ſine cā rationabili ſed mere ex impatientia amore ⁊ appetitu gule vicium eſt. vel etiā comedere poſt prandium de ſero ⁊ ſi non ordinate tamen buccellam panis. vel plures fructus vicium eſt ⁊ non ieiunium. vt dicetur in .c. ſeqꝫti In hanc ſpēm gule incidit Jonathas filiꝰ ſaul qui facto p̄cepto a rege patre ſuo Saul ꝙ nullus aliquid comederet dum ꝑſequebatur philiſteos ꝓtra quos bellū gerebat. Ipſe Jonathas trāſiens per campum inſequēdo cū aliis inimicos parum mellis accepit cū virga quā gerebat in manu quod repperit in quadam arbore ⁊ ꝙmedit fame ductus. ꝓpter qꝺ cum poſtea reuertens a perſecutōe inimicoꝝ cum ſuis Saul cōſuleret dñm non potuit habere reſponſum. ꝓpter tranſgreſſionem illam. Et hac comperta quis ꝓpetrat voluit occidere illum. ſed ꝑplis eripuit eum ꝺ manibꝫ ſuis. vt habetur i. Regum. xiij. In his omnibꝫ quinqꝫ ſpeciebus ad diſcernendū quādo ſit mortale vel veniale ſumenda eſt regula data ſuperius in ca. precedenti. §. iij. videlz ꝙ cum tanta eſt inordinatio voluntatis ſeu affectō ad ꝙ ſequendam delectatōem gule in quocunqꝫ dictorum modorum ꝙ videt ſe paratum ad faciēduz contra mādata dei vel eccl'e tunc eſt mortale alꝫ veniale

Remedia cōtra .§.x

gulam ſunt quinqꝫ. Primum eſt lectio ſeu auditio ſacre ſcripture. Hoc viſus eſt xp̄s cū temptatus de gula in deſerto dixit. ſcriptum eſt Non in ſolo pane viuit homo ſed in omī verbo qꝺ procedit de ore dei. Ipſe enim ſermo horatur ad abſtinentiam. Spiritualis etiam cibus induc obliuionem ⁊ ꝓtemptū cibi corpalis. Secundum eſt elōgatio ab his que dant occaſionē excedēdi in cibo ⁊ potu. vt ſunt delectabilitas varietas nimietas ciborum. ꝓpter quod dr. Melius eſt ire ad domum luctus qꝫ ad domuz conuiuij. Eccle vij. quia in conuiuio ſunt occaſiōes gule ⁊ aliorum vicioꝝ. Tertiū eſt ꝙſideratō cene eterne ad quam inuitati ſumus cuius eſuries inducit ſaturitatem. quia beati qui eſuriūt ⁊ ſitiunt iuſticiam ⁊c. Inuitatus enī ad ſolēnē cenam non curat de prādio p̄cedēti Apoca. xix. Beati qui ad cenam agni nuptiarum inuitati ſunt. Quartum eſt moderata occupatō. puer. xxi. Deſideria occidunt pigrum noluerūt quicqꝫ opari manꝰ eius Tota die ꝙcupiſcit ⁊ deſiderat. Patiē ei ociosuſ famē vniuerſalem oculi deſiderāt videre vanitatem. aures rumores. olfactus odores. gula cibos quam famē non habet occupatō. Quintum eſt oratō. Vñ ps. De neceſſitatibꝫ meis eripe me domine. Neceſſitatis eſt enī comedere ⁊ bibere. ſed immiſcet ſe gula. ⁊ ideo orat ne ſub neceſſitate ſubrepat voluptas. In cuius figuram ſocrus Symōis que tenebaꝫ magnis febribꝫ orātibꝫ aplis xp̄m. p ea ſanata eſt Lu. iiij. Socrus Simonis eſt ſenſualitas. magne febres ſunt ſpecies gule. Quinqꝫ enim ſunt febres. ſ. ephimera que durat vna die. ⁊ eſt in ſpiritibus flegmatica tertiana ⁊ quartana. que ſunt in humoribꝫ. ſ. flegmate colera quo ad tertianam. melancolia quo ad quartanam. Etbica que eſt in oſſibꝫ. Febris eſt exceſſiuus calor. ⁊ gula inordinatus appetitus.

Capl'm Scom de omissione Jeiunij que frequenter accidit ex gula

De omissione ieiunij qđ fit qñq; ex gula. qñq; ex incuria.

Amb. in sermo. Ut sciamus nouellũ nõ eẽ ieiuniũ primã legẽ ꝓstituit de ieiunio. s. cum dixit. De ligno scie boni ⁊ mali ne comedatis. Gen. ij. Ex abstinẽtie a dño deo cepit. ꝓuaricatõ legis a dyabolo. dis. xxv. Sexto. Et hoc in statu innocẽtie. Sed post lapsum renouauit legem di. Joẽ. ij. Conuertimi ad me in toto corde vestro. in ieiunio ⁊ fletu ⁊ plãctu. Est autem ieiuniũ triplex. Primũ ex lege naturali. Secum ex lege dinali. Tertiũ ex lege positiua sen bũana li. Diuersimode tñ. Nam ex lege naturali est ieiunium generali mõ non determiato nec ad certum diẽ. nec; ad horã comedẽdi. nec ad q̃ntitatez cibi. Dictat. n. rõ naturalis hoi vt carnẽ suaz ita domet ieiunijs abstinẽtia esce ⁊ potus vt spũi sit subiecta ꝓ stinẽtiam ⁊ eleuari aliqñ possit in deum. Sed ñ dictat qꝫ magis vna die certa q̃ alia nec qꝫ hora nona comedat. nec qꝫ a lacticinijs abstineat. ⁊ ideo ex hac lege difficulter põt sciri qñ peccaẽ omittẽdo. Ex iure dinali est ieiunium triplex. vicz ex pnie iniũctõe ⁊ voti, ꝑter obligatiõe ⁊ veteris legis traditõe. Impositio penitentie que fit ꝓfitẽri a sacerdote de ieiũio sicut de alijs rebꝫ ptinet ad satiffactõem ptem sacri pnie. fm Pe. de pa. Sacra aũt sunt de iure dino. Ita ergo istud obligat qꝫ dimittere ipm mere ex negligentia est peccatũ mortale. secus si ex impotẽtia vel infirmitate vel obliuione. vel etiã differẽdo ipm facere cum ꝓfessor ñ astrinxit eum ita ad certum diem quin posset altera supplere. Possz etiam ꝓ illũ ꝓfessorem vel aliũ in aliud cõmutari. sed non ꝑ ia auctoritate. Similr cum redditio voti sit de iure dino si quis vouet ieiunare nisi irritetur vel ꝯmutet ꝓ eum qui potest ex negligentia omittendo vel ex vicio gule est mortle. secus si ex impotẽtia vel obliuione. Sed si ex duotione ꝑponit non tñ vouet ieiũare aliqua die vt sextis feriis. sabbatis. vel diebꝫ marialibꝫ. i. illis feriis quibꝫ illo anno festuz annũciate occurrit dimittẽdo nõ peccat saltem mortalr etiaz ex mera negligẽtia non tñ ꝑter illa debet dimittere ieiunia ecclie sed potius ea seruare si vtrũq; facere nequit. Jeiunia superstitiosa dimittere debet. vt comedere vna die vnũ bolum. alia die duos. et hmõi. In lege veteri ꝓceptum cerimoniale erat iudeis ieiunare certis diebꝫ fm illud zach. viij. Jeiunium quarti. s. mẽsis Junij. Jeiuniũ quinti. Jeiuniũ septimi. Jeiuniũ decimi erũt vobis in solennitates. Cãm autem quare ieiunabant certis diebꝫ illoꝫ mẽsium ponit Hiero. di. lxxvi c. ieiuniũ. Sz quia nũc cerimonialia ex toto cessant nullo modo illa ꝙãda sunt. Et si quis seruaret qꝫ in lege mãdata iudaisaret ⁊ mortlr peccaret. Ex iure humanali obligat ieiuniuz triplr. ex ordinatõe regulari. ex statuto ecclie vli. ex consuetudine generali. In oi. n. religione sunt aliq; ieiunia determinate instituta ꝓ regulam. vel cõstitutões que ꝑtermittẽdo ex negligentia mera peccatum est nõ tñ mortale nisi ꝓ ꝓtẽptum omitterẽtur. vel si per regulã in ꝓcepto eẽnt. sicut dr de minoribꝫ. qꝫ ex ꝓcepto bñt regule sue ieiũare omnibꝫ sextis feriis. ⁊ a festo oim sanctoruz vsq; ad natuitatem. Ex statuto eccie vli ieiũia quicunq; omitteret ex negligẽtia vel gula non infirmitate vel obliuiõe cum credit se bñ posse ieiũare mortale est. ⁊ ꝙ qualibet die omissa vnuz. Secus si sibi vidr se non posse ieiũare absq; lesione persone cum habeat cãm aliquã dubitãdi nõ tñ sufficiẽtem sed posset ieiũare. ⁊ sic intellige dñm b. Tho. ij. ij. q. clvij. ar. iij. ⁊ in. nij. di. xv. Pe. de pa. in. nij. circa hoc sic dicit. Jeiunium. s. ecclie cadit sub iure positiuo. vnde eius trãsgressio sine cã est mortale. Quando vro fractio eius ẽ cum cã lz non sufficiẽti. tũc est veniale vt in his qui legũt institutã in ꝯpletorio. Cñ vro est sufficiens simplr tũc nulla culpa est. vt in necessitate. extra de obser. ie. c. i. Qui aũt nõ aduertẽtes de ieiunio comedũt in mane siquidẽ tenebanꝫ scire qꝫ esset ieiunium. non tamẽ tenẽtur postea ꝯtinue ieiunare cum iam sint obligati ad aliam diez. s. remittẽdo omissam. ⁊ si nõ liceret sibi ea die plus comedere nimis grauaret. nec cũ toto hoc esset verum ieiuniũ ꝑter nimiam hore anticipatõem. sed si non tenebaꝫ scire. nõ reputaꝫ fractõ ieiuniũ. cñ ac si eẽt ieiunus potest illa die ieiunare. s. comedẽdo hora debita ꝓ prandio qꝫ ieiũium hmõi indictũ non soluit nisi ꝑ actũ humanum qui requirit intentõem ⁊ deliberatõẽ veram vel ꝑsumptã. hec ille. Quedã autem ieiunia sunt ex ꝓsuetudine. ⁊ si ex ꝓsuetudine generali vt vigilia Joannis bap. omes fideles astrigit. si ex ꝓsuetudine ꝑticulari alicuius patrie. illos astringit ac si eẽt ex statuto ecclie scripto. vt di. xi. In bis. ⁊ c. Catholica. Que aũt sint ieiunia ex statuto ecclie vel consuetudine declaraꝫ in se. §.

Nota qui sunt .§. I.

dies ieiunãdi ex ꝓcepto ecclie. Primo quidẽ tota quadragesima exceptis dñicis diebꝫ vt de cõse. di. v. c. Quadragesima. ⁊ de conse. di. iij. c. nõ liceat. Itẽ vigilia natiuitatis dñi. extra eo. ca. i. Itẽ vigilia ꝑenthecostẽ. vt notatur. lxxvi. di. Necessario. Item vigilia assumptiõis. b. Marie extra eo. c. i. Item natiuitatis sue dr a quibusdam

instītutum in extrauaganti. Ego autez vidi q̄n dam extrauagantē Bonifacij vbi instituit festū visitatōnis beate Marie. ⁊ consulit vigiliam te iunare sicut ieiunatur vigilia assumptōis ⁊ na tiuitatis beate Marie. Cū ergo de vtroq; simul fiat mentio ⁊ clarum sit de vigilia assumptōnis quod est in preceptum videtur idem dicenduz esse de vigilia natiuitatis. Noli tamē precipita re sententiam ⁊ precipue cum Pe. de pal. dicat non esse in p̄cepto. Nec mirum. quia nondum emanauerat dicta extrauagās. Sed quia illa ſ videtur esse, pmulgata in populo, forte ſ astrin gi. Item in vigilijs apostolorum p̄terq; Philippi ⁊ Jacobi ⁊ Joannis euangeliste. De vigilia apostolorum Bartholomei ⁊ Jacobi et Mathie dicit Pe. de pa. q; vbi consuetudo habet q; ieiunetur ibi ligat alias non, sed tutius dicitur q; sint in precepto sicut ⁊ aliorum apostolorum. ⁊ hoc communiter tenetur. ⁊ est magis ſm iura Item in vigilia Joannis baptiste ex eccl'ie con suetudine vniuersali. Item vigilia Laurentij. ex generali consuetudine ſm Innocen. Item ie iunia quattuor temporum que sunt quater ī an no. ⁊ quando sunt declaratur in isto versu. Ulti crux lucia cinis ⁊ carismata diua. Ut ieiunetur quarta sequēs feria. Et est sensus q; prima q̄rta feria post festum crucis de mense septembris. Et iterum prima quarta feria post festum sācte Lu cie. Et iterum prima quarta feria post primā do minicam quadragesime. Et iterum prima quar ta feria post festum spiritussancti. Debet etiaz ie iunare duobz diebz alijs sequētibz. s. sexta feria ⁊ sabbato. distin. lxxvi. c. Statuimus. Et in ipa distin. assignatur ratō de ieiunijs quatuor tēpo rum ⁊ de ieiunijs hebreorum. sed plenius a bea to Thoma secunda secūde. q. clxvij. Jeiuniū au tem aduentus rogatōnum sexte ferie per totum annum sunt ꝺ consilio non in precepto. De ad uentu dubitatur vtrum sit in precepto clericis ⁊ religiosis. Et a quibusdam hoc creditur. ab a lijs tenetur contrarium. ⁊ hoc communius, s. q; non sit in precepto. extra de observa. ieiu. Consi lium. nisi aliqui religiosi vt minores qui bēnt ex precepto regule sue ieiunium a festo omniu sanctorum vsq; ad natale. et omnes sextas ferias per totum annum. Item die dominico ieiunare non conuenit. et si quis hoc faceret quasi agens contra consuetudinem populi christiani vel eti am ex aliqua superstitione peccaret. et hoc modo prohibetur. distinctione. xxx. Si quis presbiter. alias non videtur esse peccatum. distincti. lxxvi. Utinam.

De ieiunijs con .§. II

suetudinarijs dicit Pe. de palu. in. iij. disti. xv. q; ad ieiunia consuetudinaria ipsa consuetudo obligat etiam si scriptura non dicat ar. dist. xi. c. In his rebz. Si ergo ꝺ suetum est in aliqua di oces q; ieiunet certo die. illi de dioces tenentur observare sicut ⁊ tenerent si eps indiceret. Un de de ꝺse. di. v. dz. Jeiunia in eccia ꝺstituta a sacer dotibz sine necessitate rōnabili nō soluant. Con suetudo. n. rōnabilis ⁊ ꝑscripta obligat. di xij. c. illa. Et ꝺ quo ad indigenas. Alienigene vero si veniūt aīo cohabitādi extūc ligant ieiunio ꝺsuetudi nario. sicut ⁊ scripto. Si aūt trāseāt solū ꝓ fraz non ligant ꝺsuetudinibz ⁊ statutis. ⁊ tñ tenētur non scādalisare. vñ occulte comedere pñt ſm morē terre sue nō publice. q; ⁊ si esca scādalisaret frēz meum ꝛc. ar. di. xij. Illa. Tñ videtur q; cōsuetu do laicoz non liget clericos nec secularium cleri corum religiosos. quia distincti sunt modi absti nentie inter hos tres status ⁊ plures abstinenti as habent clerici q̄z laici. ⁊ religiosi q̄z clerici se culares. Unde non oportet q; ad ieiunia illorum ligentur quoz etiam cōsuetudinibz a suis ieiu nijs non absoluunt ſm regulam iuris. Quē nō honoro, nō onero. Unde illoz cum quibz viuit mores seruare debet. Quia tamē quilibet tenet alterum nō scādalisare, ideo vbi est consuetudo ieiunare, vtputa in festo sancti Marci laicis se quentibz ⁊ clericis facientibz ꝓcessionē siue leta niam maiorē. religiosi sicut nec ad ꝓcessionem sic nec ad ieiunium tenentur, sed publice ꝓpter scandalū non dñt bis comedere. Item vbi ē ie iunium iure inductuz ꝺsuetudo que ꝑualz iuri excusat. ālz generaliter dicak q; ꝺsuetudo que est cō tra sanctos canones nō excuset. qđ verum est qñ ꝑ alios canones in se vel in simili nō fulcitur sic autem est de ista. ar. di. xij. c. Statuimus. vbi a gitur de ieiunio quadragesime. Excusantur q̄ a ieiunio ⁊ carniuz esu indigene, ꝓuincie vel dio ceses vbi nō ieiunatur etiā a viris mōrigeratis. vt in vigilijs Jacobi. Bartholomei. ⁊ Mathie Non autem si ribaldi ⁊ malilz plures numero qui nec ieiunia seruāt. q; nō est consuetudo sed corruptela. Item excusantur alienigene, q̄z uis in terra eoz ieiunet ex quo veniūt aīo remanēdi Sed qui trāsitū faciūt ꝑ terrā sicut nō obligant ad ieiunia illius terre. sic nō liberant a ieiunijs ⁊ abstinētia terre sue

De lacticinijs .§. III.

vtq; possint comedi tpe ieiunioz. Nota. q; si quis in ieiunijs ab eccia institutis extra q̄dra, ꝓmedit lacticinia ī locis vbi ꝺsuetū ē ñ comedere. pctm̄ est. alꝫs si ꝺsuetū est talia ꝓmedi cōiter l' ꝑ maio ri ptē pñt comedi. di. lxxvi. c. Utinā. ⁊ Tho. ij. ij q. clxvij. Inno. simpl'r dicit q; lacticinia ꝓmede re ieiunijs eccie extra quadragesimā ē pctm̄. ꝛz ñ soluit ieiuniū. primū cōius tenetur. Sz ꝑ ma iori declaratōe horum Pe. de pa. in. iij. dist. xv.

sic dicit. Comestio lacticiniorꝝ in quadragesima interdicta est. vt di. xij. Deniqꝫ. non aũt in alijs ieunijs nisi cõsuetudo hoc bẽat. quã vbiqꝫ fuã dam in ieinnijs dicunt Aug. ⁊ Amb. ⁊ Hiero di. xij. illa. ⁊ lxxvi. c. Urinam. Uñ cui iniũctum est ieiunare simplr non bz nisi a carnibꝫ abstinere, ita ꝙ ieiunare etiam cũ lacticinijs põt. Bztones vero comedẽtes butirum in quadragesima videnr excusari. quia in illis in quibꝫ eccia dispẽsare põt sciẽdo ⁊ dissimulando dispensat, si tamẽ ita dissimulat ꝙ nec punit excõicatõe, nec prohibet verbo. quia multa ꝑ patiam tolerantur. q̃ si deducta eẽnt in iudicio nõ tolerarenr. Sed si eccia que tenet ad correctõem fraternam nõ puniret nec corrigeret de facto ꝓticiparet in crimine Ham ⁊ si simplicẽ fornicatõnem nõ puniat predicat tñ eam illicitã. Uñ cum eccia sileat. nec eis ꝓhibeat nec ꝑdicet eos male facere al. ⁊ si aliud priuilegium nõ habeãt excusant. hec ille. Itez si sextis feriis sine cã infirmitatis comedit carnes mortale est. de cõse. di. iij. c. De esu carnium. Itẽ in sabbatis comedere carnes in locis vbi est cõsuetum vlr non comedi. mortale est. de cõse. dis. v. Quia dies. Secus si ꝙsuetudo patrie habet ꝙ comedant. vt in Frãcia Catbalonia ⁊ alijs ꝑtibꝫ. qz tunc stabit ꝙsuetudini. di. xij. Illa autez Excipit tñ ab ista regula dies natiuitatis dñi quando est in sexta feria. quia tũc licite ꝯmedunt carues etiã ab cibꝫ. nisi ex voto suo vel regulari obseruantia tene retur ad nõ comedendum extra de obser. ieiu. c. Consilium. Et multo magis videtur idẽ dicẽdum quãdo natalis est i tali die sabbati

In qua etate .ℌ.iiii

teneturquis ieiunare siue ad ieiunia. Nota ꝑm Thomam. ij. ij. q. clvij. ꝙ nõ teneturquis ex necessitate ꝓcepti ad ieiunũ eccie vsqꝫ ad finez tertij septennij. i. xxi. anni. quia vsqꝫ ad illud tẽpus est in statu augmenti. Rationem ibi potest videre, dicit enim sic. in pueris est euidẽs cã non ieiunandi. tum ꝓpter debilitatez nature ex qua puenit ꝙ indigent cibo ⁊ non multo insimil. sumpto. tum etiam quia indigẽt multo nutrimẽto. ꝓpter necessitatem augmenti quod fit de ẽsiduo alimẽti. ⁊ ideo qꝫdiu sunt in statu augmẽti qõ est in pluribꝫ vsqꝫ in finẽ tertij septennij nõ tenentur ad eccĩastica ieiunia obseruãda. Conueniens tñ est vt etiaz in hoc tpe se ad ieiunandũ exerceãt plus ⁊ minus ꝑm modũ sue etatis. Uñ qꝫ tñ tribulatõe eminẽte in signũ pñie artioris. etiã pueris ieiunia indicunt sicut legit ỏ Niniuitis Jone. ca. iij. Sed Pe. de pal. in. iij. dicit ꝙ circa tertiũ septẽniũ adolescentiũ. qz quidam sunt alijs fortiores relinquit arbitrio ꝓfessoris ⁊ ꝓsilio medicie. s. ieũare. vel ñ. Est tñ ꝙuenies ꝙ infra istud tẽpus se exerceant ad ieiunãdũ plus ⁊ minus ꝑm possibilitatẽ ⁊ etatẽ. Nouitij quoqꝫ ⁊ iuniores in religionibꝫ iuxta discretiõem ꝓlatoꝝ suoꝝ in hmõi se dñt gerere. Ul. ⁊ Jo. an. in nouel. super. c. Consiliũ. extra de obserua. ie. ponit diuersas opiones de etate qua quis obligat ⁊ dicit aliquos dicere ꝙ masculus in. xij. ãno. femia in. xij. Alij masculũ in. xx. feiam in. xvi. Alij aliter ⁊ in nulla se firmat. Allegat aũt Hiero ni. arguentem eos qui in teneris annis positos onerãt ieiunijs. Dictũ beati Thome de etate cõmunius tenetur

De redemptõe .ℌ.v.

vel dispensatõe ieiuniorum. Nota qđ dicit idẽ Jo. an. in nouel. ieiunia eccie non posse redimi nisi ex magna necessitate, qz ieiũia volũtaria posse auctoritate superioris ⁊ causa vilitatis maioris. Et declarat esse ieiunia volũtaria ieiunia ex voto vel ex iniunctõne penitẽtie. Quidam faciunt hanc distinctõnem circa materiam hanc et bñ. Ille qui est obligatus ieiunio ex voto vl ex generali institutõne eccie si nulla adest necessitas vel vilitas vrget. non potest redimere tle ieiunium. Si autem adest necessitas aliqua. tũc si est necessitas que tollat omẽm possibilitatem ad ieiunium. talis absqꝫ aliqua dispensatõe vel redẽptione dimittere potest. Sed si sit talis necessitas que non tollat ex toto possibilitatẽ qz inducat magnam difficultatẽ puta ꝙ talis per ieiunium caderet in capitis debilitatem vel corporis. ita ꝙ non posset nec in oratõe nec in alijs bonis se exercere. In hmõi casu potest redimere ieiunium debitũ pecunia elemosinali auctoritate tamen superioris. Similr si adest aliqua publica vilitas quam aliquis ieiunãdo implere ñ posset. sicut ẽ aliqua bona predicatõ ⁊ necessaria. et discursus ꝓpter eam. vel discursus alius ꝓpter necessitatem vel vilitatem eccie ⁊ hmõi. cuz quibus non posset ieiunari tunc etiam habet locuz dispensatio vel redemptio in ieiunio. auctoritate tamen superioris ⁊ maxime diocesani. Rich. in. iij. dicit ꝙ si necessitas immineat statim peregrinandi vel multum laborandi vel ꝓpter cõseruationem vite corporalis vel ꝓpter aliquod necessarium ad vitam spũalem. cum quibꝫ laboribus non potest ieiunare. non obligatur talis ad ieiunium. quia non videtur fuisse intẽtõ eccie statuẽtis ieiunia ꝙ hoc impedire alis magis pias ⁊ necessarias cãs. Unde vide recurrẽdum ad superioris dispensatõem. nisi forte vbi ñ est cõsuetuz. quia ex hoc ꝑo ꝙ prelati dissimulant videtur annuere. Dicit etiam ꝙ ꝑegrinatio ad loca sancta ex deuotõne que differri non posset est iusta cã dimittẽdi ieiunium si cum labore itineris ieiunare non potest

Capitulū Secundū

De excusatis a .§.VI

ieiunio. Nota q excusant a peccato quedā plōe nō obseruātes p̄dicta ieiunia. Et p̄ro itinerātes aut multū laborātes quib⁹ imineat necessitas tūc pegrinādi ⁊ magnas dietas faciēdi. vel etiā multum laborādi si viuere volūt vel suā familiaz sustentare vel ñ incurrere notabile detrimētuz sui status. ⁊ cū labore vel itinere non p̄nt ieiunium obseruare excusant. Alias si p̄nt vtrūq facere cō mode tenent ieiūare. Et sic si p̄nt differre iter aut subtrahere vel diminuere laborez. ita vt p̄ sint ieiunare ⁊ ex hoc ñ incurrāt detrimētum sui status tenent ad ieiuniū. de hoc habes .ij. ñ. q. cxl vij. Si aūt nō est necessaria pegrinatio tunc ſm Pe. de pal'. peccat aggrediēdo pegrinatiōem indiscrete. s. tp̄e quo ieiunare d⁹. nec ꝓpter iter p̄t. Si tū indiscrete aggressa est pegrinatō ñ ꝓpatiens ieiunij nec pplexus est licet frāgere. sicut ꝓpter culpā q̄⁹ fit infirmus durāte infirmitate ñ tenet. Scdo seruitores nobilū si ex cā p̄uenirent horā comedēdi vel etiā si p̄libāt modicuz aūt horā vt quasi ꝓpter ꝓtinuatiōem tp̄is totū p̄ sit ꝓputari vna mēsa. Qui etiam p̄gustāt cibos dñoz ad faciēdā credētiā. Quo casu etiā liceret p̄gustare carnes si tali die dñs licite comedat vel etiā si surgat a mēsa vt p̄tet enreniū alicui, vel etiā si seruiūt vel legunt in mēsa religiosoz cum mia supioris ff. Tertio cursores quoz⁹ vsus necessarius est dñis vel ciuitatib⁹ si ñ p̄nt cū ieiunio iter agere excusant. secus cū modicū vadūt vel quiescūt nisi indigerēt ex labore p̄cedēte. vel etiā in primo vēntes magnū iter facere oportet q̄ficiāt. Guil. Hi ſm Pe. de pal'. vident excusari. ñ solū si sine tali officio ñ p̄nt viuere. q⁹ tūc pauptas excusaret. sed etiā si al'r possent viuere. sed nō eque bñ. q⁹ aliud est de illis qui ad certū diē se locāt. q⁹ nō d̄nt se locare nisi possint tūc ieiunare si bñt al's vñ viuāt. Aliud est de alio qui locat se ad totū annū ⁊ ad totale seruitiū, qui si ex cipet q⁹ nunq̄z diebus ieiunij itineraret nō inueniret qui eū reciperet. Quarto paupes ⁊ mendicantes qui ñ p̄nt tm̄ bñe ad vnā refectōem q⁹ sufficiat eis excusant. secus si hrent ad sufficiētiam nisi ex p̄cedēti inedia nō possent ferre ieiunium Tho. ij. ij. q. cxlvij. Et vid⁹ etiā posse ꝓhibendi illos qui ñ bñt eis p̄parantes necessaria ieiunio. ⁊ ipi huic ñ p̄nt vacare. Quinto p̄gnātes ⁊ lactantes si debilitas impedit eas vel si ex hoc timetur de piculo ea⁹ aut abortu vel defectu alimēti pueri excusant a ieiunio imo dēbēt dimittere ieiuniū. ff. Sexto infirmi debiles. q⁹ p qua infirmitate vel q̄⁹ta debilitate excusent ſ arbitrio boni viri stat. Et siquidē fuerit manifesta cā necessitatis vel euidēs queruis infirmitas ñ est necessarium petere dispensatoz ſm ff. ⁊ p̄sertim cōsuetudine sic se bñte ſm Tho. Si aūt sit dubiū vtrū sit cā necessaria peredā ē ab ep̄o loci si cōmode hēri p̄t copia dispensatō. vel a ꝑro sacerdote si tū hēri nō p̄t ep̄s. nō tū querat cecū ꝑ consilio in hmōi. Ite de consilio rōnabili medicine infirmus soluēs ieiuniū vel comedēs carnes diebus phibitis ñ peccat sed peccaret medic⁹ si sine cā rōnabili vel saltē dubia talia mandat vel ordiāt infirmis. ar. xxiij. q. i. Qui culpat. Septimo senes si sunt multū debiles eo mō p̄nt excusari sicut dictū est de infirmis. tōe aūt senectutis tm̄ nō excusant si sunt fortes ad sufferēdū ieiuniū nec ē determiata etas ab aliquo vsq⁹ ad quos ānos q⁹ teneat ad ieiuniū. Octauo de vrouib⁹ di. Inno. q⁹ q̄⁹is dēant dimittere ieiūia que bñt ex voto phibentib⁹ viris. xxxiij. q. v. Manifestū. ñ tñ ieiunia eccle. Sz forte ꝓpter scādalū vitādum p̄t sacerdos dispensare cū tali. di. v. Ut constituerētur. Idē Hosti. Sed Pe. de pal'. in. iij. dicit q⁹ hoc vid⁹ esse scādalū phariseoz⁹ ⁊ p q̄ñs ptemnēd⁹ si nō vult vir vxorem ieiunare. nisi forte probabiliter timeretur infirmitas. vel debilitas. De fructib⁹ multis ieiunij ⁊ rōibus ieiunij quadragesimalis hēs in pte. iij.

De ieiunio in .§.VII

quit p̄s. xxxiij. Humiliabā in ieiunio aiaz meā Ieiuniū assumit ad tria ſm Tho. ij. ij. q. cl vij. ar. i. Primo ad carnis cōcupiē repressionē. Unde apls. j. Corinthio. vi. aut in ieiunijs in castitate erbibeamus nosmet ip̄os premittit ieiuniū castitati. q⁹ p ieiuniū castitas conseruat. Ut enim Hiero. dicit. Sine cerere ⁊ bacho friget venus. id est per abstinentiam cibi ⁊ potus friget luxuria. ⁊ ſm hoc exponit⁹ iste versus. In ieiūio humiliabam. i. mortificabam aiam meam. i. sensualitatem a concupiscentijs. Secundo assumit ieiunium ad mētis eleuatōem in dīna. q⁹ homo ieiunus est magis liber a fumositatib⁹ cerebri. vn de magis aptus ad itelligēdū. Unde Aug⁹. in sermone. Ieiuniū mentē eleuat. ⁊ in signū hui⁹ d⁹ Daniele legit q⁹ post ieiuniū triū ebdomadaz accepit eleuatōem mētis a deo ad dīna misteria ꝓtemplanda. Danie. x. Et quia humiliatō ē maxime necessaria ad eleuatōnem mētis ad dīna et ieiunium humiliat corpus ⁊ aiam. Ideo bñ d⁹ Humiliabā in ieiunio. Tertio ieiuniū valet ad culpaz satisfactōem. Dum. s. affligimus corpus recōpensamus deo de iniurijs quas fecim⁹ nimis corp⁹ delectādo ꝓtra mādata eius. ꝓterea dicit dñs Joēl. ij. Cōuertimini ad me i toto corde vro. in ieiūio fletu ⁊ plāctu. Et Aug. dicit q⁹ ieiuniū facit cor ꝓtritū ⁊ hūiliatū. Hūiliabaz ꝑ in ieiunio fletu ⁊ plāctu. s. satisfaciēdo. Qui enī satisfacit hūiliat se ei cui satisfacit ꝓtra quem superbierat iniuriādo. Et q⁹ ieiuniū ad p̄dicta tri-

ordinaf ideo illis tpib⁹ fuer̃t spāliter ab ecclesia
instituta ieiunia. quib⁹ oꝑtet hoies magis pur-
gari a peccatis ⁊ eleuari ad dīna ꝓ deuotōnem ⁊
magis liberos eē a voluptatib⁹. ad quas magis
inclinanf tpe veris supabūdātib⁹ humoribus.
Hec aūt sunt tpa pasce seu dñice resurrectōnis
in cuius vigilia celebraf baptismus ꝓ quem ab
luimur a peccatis ⁊ in cuius die generalr sumi
⁹z ab oīb⁹ sacrosc̃ā cōio. ⁊ xp̄s ꝓ resurrectōem e-
ternitatē inchoauit. Et iō p̄cedit ieiunium qua
dragesimale. ꝓ quod aīa purgata a peccatis libe
ra a ꝓcupiscētijs magis apta sit ad dīna eleuari.
Et hac rōe etiā sunt instituta ieiunia in vigilijs
in p̄cipuis festiuitatib⁹ ⁊ solēnitatib⁹ vt magis
possit ad spūalia eleuari. Et in quatuor tpib⁹ ā-
ni ꝓ ꝓcuratōe gr̃e ꝓ ordinādis in vtilitatem po
puli xp̄iani. ⁹z notādū ꝙ tripl̄r pōt ꝙmitti ōfe
ctus circa ista ieiunia instituta ꝓ quē defectum
hō ñ humiliat aīam suā in ieiūio, q⁹ ñ facit volū
tatē dei. sed suā ⁊ iō ñ est deo gratū. Cñ cuz qui
dā ieiunātes ꝙquerer̃enf quare deus ñ accepta
bat eor̃ ieiuniū dicētes. quare ieiunauim⁹ ⁊ nō
aspexisti. hūiliauim⁹ aīas nr̄as ⁊ nescuisti. R̄ñ.
eis deus ꝓ Isa. lviij. Ecce in die ieiunij vr̄i iue
nif volūtas vr̄a. q. d. ñ vere vos hūiliastis. ñ fm
volūtatē meā sed vr̄am ieiūastis. ⁊ ideo nō exau
diui vos. Et primo ex mētali indispositōe
Scō ex cibatōis pluralitatē
Tertio ex hore notabili anticipatōe

Quātum ad §. VIII

primū ꝙ ieiunium cor̃pale sit deo gratū oꝑtet ꝙ
tollaf indispositō mētis. Cñ dicit dñs Joel. i.
Scīficate ieiunium facite mō debito vt sit sanctū
id est mihi dedicatum. Et hoc.
Excludendo vanum respectum
Exhibendo liberum affectum
Adhibendo pium effectum.

Primo quidē ⁹z tolli de mēte oīs intētō va-
na que pōt eē quintuplex fm illū versuz. Absti
net eger egēs cupidus gula simia virtus. Jeiu-
nat. n. aliquis q⁹ sentit se grauatū cibo. ⁊ si ꝓme
deret sibi noceret sicut prima die ēdragesime. A-
lius ieiunat q⁹ ñ ⁹z ad comedēdū. si ⁹z paciam
aliquid ē. Alius ieiūat ꝓpter auaricīā q⁹ nō vult
tm̃ expendere bis comedēdo, vel q⁹ ⁹z lucra p̄ ma
nib⁹ in apotheca que ñ vult amittere vñ vsq⁹ se-
ro ieiunus manebit. Alius ieiunat ꝓpter gulaz.
q⁹ forte iturus est ad aliq̄ ꝙuiuiū. ⁊ i ōvt fame
licus accedat ⁊ melius comedat illa die vel p̄ce-
denti ieiunat. Alius ieiunat ꝓpter ipocrisim vt
fima que effigiat actus humanos. ⁊ tm̃ bō non
est ita. s. ipocrita ieiunat vt teneaf bonus. qui tm̃
nō est bonus. Quicūq⁹ istor̃ ieiunat alīs non ie
iunaturus nō seruat p̄ceptū eccīe. Cum ieiūa
retis inquit dñs istis zach. vij. Nunquid ieiu-
nium ieiuuastis mihi. quasi di. non sed vobis.
Sed vos cum ieiunatis dicit xp̄s Mat. vi. No
lite fieri sicut ipocrite tristes sed puro respectu
intētōe ꝓpter deū ⁊ ad obediendū eccīe ieiunate
Scōo oꝑtet hīe affectū liber̃ a peccato ꝙmisso ⁊
ꝙmittēdo. Nihil eī ꝓdest ieiunare ⁊ alia religio
uis. i. xp̄ianitatis opera facere nisi mēs ab iniqui
tate coherceaf inquit Pius papa de pe. dist. iij.
Nihil ꝓdest. s. ad vitam eternam. Qui enim fa
cit ieiunium quodcūq⁹ in peccato mortali ñ va-
let sibi ad meritum nec ad satisfactōem. valet tm̃
sibi od satisfaciēdum p̄cepto eccīe fm Albertuz ī
iij. vt ñ peccet mortaliter seruando ieiunuz q⁹
iucurreret si non seruaret. Et ideo q̄tumcunq⁹
peccator̃ dimittere non debet. Melius tamen et
vtilius si per confessionem vel saltem cōtritōem
liberaret affectū suum a seruitute peccati Mat.
vi. Tu autem cum ieiunas vnge caput tuū ⁊ fa
ciem tuam laua. i. consciam. s. a peccatis. Et Isa
ie. lviij. dicit dñs. Hoc est ieiunium quod elegi
dissolue colligatōnes impietatis id est malas so
cietates cum quib⁹ ligatus es in officijs vel con
tractib⁹ vel maleficijs. Solue fasciculos oꝑimē
tes te id est obligatiōes restitutōnum. ⁊ eos qui
confracti sunt liberos. s. dimitte qui soluere non
pōt non in carcere teneas. ⁊ omne onus disrum
pe scz peccati per ꝓtritōem. Tertio oꝑtet adhibe-
re pium effectum p̄ oīoem quo ad deum. Bona
est enī orō cum ieiunio dicit Thobias. xij. Ma-
gis enī ⁹z tali tpe instare orōni Et vt magis ora
tio sit deuota egrediaf sponsus de cubili suo et
sponsa de thalamo suo dicit dñs Joel. ij. scz ad
orandum abstinēdo se ab actu coniugali. non ta
men nisi de cōmuni consensu ⁊ ꝓtinētia vtriusq⁹
ꝙ. ad hoc hortanf doctores nō p̄cipiūt. vt. xxxij.
q. iij. Quotiēscūq⁹. Debet adhiberi pius effec-
tus ad p̄cm dando ei elemosinā. quod ē ad be-
ne esse seu ad perfectionē non ad necessitatem ie
iunij fm Albert. Unde dñs Isa. lviij. Hoc est ie
iunium quod elegi. frāge esurienti panē tuum ⁊
egenos sc̃. ⁹z adhiberi pius effectus quo ad se-
ipm vt cum discretōe sumat cibū vitando super
fluitatē cibor̃ ⁊ necessitatē sumendo. Cñ Hie-
ro. Sint tibi ieiunia pura quotidiana ⁊ mode-
rata. Quotidie p̄dere. quotidie esurire. de ꝑe.
di. v. Sint tibi

Secundo vicia §. IX

tur ieiunium cū comeditur plurib⁹ vicib⁹ q̄ vi-
na. Pro cuius declaratōne dicit. b. Thomas. ij.
ij. q. clvij. articulo. vi. ꝙ ieiunium est ab ecclesia
institutū ad concupiscentiam refrenandam. ita
tamen ꝙ natura non soluatur seu destruaf. Ad
hoc autem sufficere videtur vna comestio p̄ dī
homo ⁊ nature satisfacit ⁊ tm̃ ꝙcupie aliquid de-
bit diminuendo comestionum vices. Et ideo

Capitulū Secundū

ecclie moderatõe statutuz est vt semel in die a ie
iunãtibꝫ ꝯmedatur. Si quis ergo ꝯmedat pluri
es in die frangit ieiuniū. Unde nota de collatõe
que fit de sero dicit b. Tho. vbi supra q electua
ria si aliquo mõ nutriãt. ñ tñ assumunt ad nu
triendum sed ad iuuãdum digestionẽ. vnde nõ
soluũt ieiunium sicut nec aliarum medicinaruz
assumptõ nisi forte aliquis in fraudem electua
ria in magna q̃titate assumat per modum cibi.
Pe. de pal. in. nũ. di. xv. sic dicit. Sina comestõ
frangit ieiunium eoꝝ. s. que cõiter sumi solẽt in
cibũ vbi etiã fructus. ceruisa. pira. et nuces cõpu
tanꝫ. q in loco refectõis assumunt. vt in prãdio
et cena et herbe etiã. q sancti prẽs herbis vescebãt
Excipit cum cã medicine sumunt. tũc enim nõ sol
uũt ieiuniũ eccle sed nature. Electuaria et omia
alia hmõi que ꝯsueuerũt sicut spẽs sumi pꝰ prã
dium ad iuuãdam digestionẽ. etiã si ex talibꝫ cõ
fecta sint que p se in cibũ sumi ꝯsueuerũt. dum
modo sint alterata sicut p decoctõem vel confec
tionẽ que nõ in cibũ sed in cibi aduitoziũ cõi
ter ab vtẽtibꝫ assumunt vt in dactilis. nucibus
ꝯfectis. et pignolata. silr non soluũt ieiuniũ. hec
ille. Quod aũt dicit Pe. ñ soluere ieiunium fru
ctus cum sumunt cã medicie videtur intelligẽ
dum cum sumunt ne vinũ sine aliquo sumptũ
diluat stomachum et sic noceat. Unde cũ cõis v
sus xpianoꝝ sit facere collatõem de sero et ali
quid paꝝ sumere cũ potu sine alia cõsideratõne.
q̃uis nõ intẽdãt sumere p modum medicine. ne
ꝝ vinũ noceat sed inuitant cõsuetudini que
ea rõne videtur introducta. pie est interp̃tandũ
factum eoꝝ et excusandũ. et hoc nisi sumerẽt ĩ no
tabili quãtitate. vel de pluribꝫ generibꝫ fructuũ
vel studiose ad nutriẽdum. Et q panis est prin
cipalis cibus ordinatus ad nutriẽdum. minus
ꝝ gruũ vidꝰ panem sumere. Sumere aũt bucel
lam panis fraugit ieiuniũ. Potus autem scdm
Tho. vbi supra q magis assumit ad alteratõem
corpis et ad digestõem cibꝝ q̃ ad nutrimẽtum.
Iz aliquo modo nutriat iõ licet pluries ieiunãti
bus bibere infra vnã diẽ. posset tñ ita ĩmoderate
sumere q peccaret et pderet meritũ ieiunij. Pe.
de pal. idẽ dicit. s. q potus ñ soluit ieiunium siue
post prandiũ sumat siue añ. Sumere aũt sine cã
magna malũ est et si nõ frangat ieiunium. nisi i
fraudẽ hoc faceret ad subueniẽdum. s. fami bibe
ret. Ad. et Pe. dicit. n. Pe. de pal. in. nũ. q si q̃s
nõ ꝓpter famẽ vel voluptatẽ sed timore ne defice
ret ꝑ anxietate die ieiunij ficus vel porrectaz vel
aliquid hmõi ꝓlibaret añ horã comestõis quasi
p modũ medicine nõ frãgeret ieiuniũ. hoc tñ nõ
ꝑdicãdum est. Ricar. aũt in. nũ. di. s. xv. circa hoc
sic dicit. Quãuis aliqui dicãt q bibere vinum
vel ceruisiam in mane et comedere electuaria de
sero delectatõnis cã frãgat ieiuniũ. credo tñ con
trariũ q̃ cuius illa aliquo mõ nutriãt. in hoc tñ
nõ est principalr vsus eoꝝ. alias etiam frangeret
ieiuniũ bibere de sero vinũ vel ceruisiã in colla
tione. q habet aliquid de nutrimẽto. Si tñ ho
mo in mane ceruisiã. vel vinũ biberet non ad ex
tinguẽdum sitim ꝛ famẽ. et in sero acciꝑet mag
nã electuarioꝝ q̃titatẽ ad subueniẽdũ fami. tal
faceret fraudem statuto. et ꝓ ꝑs frangeret ieiu
nium. de re. iu. Certũ. li. vi. Credo tñ de bono et
equo cauẽdũ esse a potu vini vel ceruisie et silibꝫ
magis in mane q̃ in sero. q potus sumptus p
prãdiũ et siti subuenit et digestionẽ adiuuat in
q̃tum p potũ et facilius et quiẽtius deferẽt ci
bus ad singula mẽbra sumptus aũt ieiuno sto
macho vt plurimũ nocet. hec ille. Ad tẽ dicbꝫ ieiu
nioꝝ ꝑ qualibet vice qua comedit vltra vnaz vi
cem peccat mortalr ꝛm Io. neapol. in quolibet. q
reducit istud ꝓceptum ad negatiua Sed Duꝝ
dicit in. nũ. B esse tñ vnũ peccatũ mortale. quia
fractõ vnius ꝓcepti ꝑ vna die. sed tãto grauius
q̃to pluribꝫ vicibꝫ ꝯmedit illa die. et istud cõius
tenet. Et hoc nisi nouo ꝓemptu pluries come
deret. q tunc verũ esset dictũ Joã. Sed si quis
excusatus a ieiunio vel ꝓpter defectũ etatis vel p
pter laborem vel aliam cãm rõnabilem. potest tñ
vti cibis quadragesimalibꝫ et ex voluptate vel in
curia vtr lacticiniꝫs ouis vel carne. mortaliter
pẽccat. quia ꝓtra ꝓceptum facit ecclesie que ordi
nauit tali die vti quadragesimalibꝫ cibis. vt di.
nũ. c. Denicz

Tertio dicitur .ꝟ.x.

ieiuniũ ex hore nimia anticipatõne. Circa quod
Pe. de pal. in. nũ. dis. xv. dicit. Ieiuniũ frangit
notabilr hore anticipatõe sine cã. s. rõnabili. Di
co aũt horã nonã ꝯgruã oi tpe etiã in quadrage
sima. nec optet expectare tũc vesperꝝ diei ꝑm offici
um. vt. s. anteq̃ celebret vesprinũ officiũ non co
medatur. de ꝯse. di. i. Solẽt. Et tardius dz ꝯme
di in quadragesima q̃ in alijs ieiunijs. Et sicĩ
quadragesima post officiũ vesperꝝ ante horã. vel
pertinã licet edere. Ex quo cõstat q nona transit
sicut in alijs ieiunijs post officium none Iz ante
horã nonam dum tñ constet horam sexte transis
se. potest tamen in hoc dispensare circa horaz vel
ꝓpter debilitatẽ. vel ꝓpter lectõnem vel ꝓpter iter
vel ꝓpter alias pias causas. vel ꝓpter hospites. B
ille. Sed. b. Tho. ij. ij. q. clvij. arti. vij. assignans
rationem quare hora nona est conueniens hora
comedendi pro ieiunio sic dicit Ieiunium ordi
natur ad delectionem culpe et repressionem car
nis. ita tamen q per hoc natura nõ multum gra
uetur. Est aũt debita et cõis ꝯsuetudo hoibꝫ co
medendi circa horam sextam. et rõ est quia iã vi
detur esse ꝯpleta digestio nocturno tẽpe natura
li caloꝛe interius reuocato ꝓpter frigus noctis

circumstans diffusio humoris p̄ mēbra coopan
re ad hoc calore diei vsq̄ ad summū solis ascen
sum. tum etiam quia tūc p̄cipue natura corpis
humani indiget iuuari cōtra exteriorem aerē ca
lorem ne humores interius aduranf. Et ideo vt
ieiunans aliquam aff lictōem sentiat p culpe sa
tisfactōne q̄ueniēs hora comedēdi tarda ieiunāti
bus circa nonaz cōiter. Etiā ista hora q̄gruit mi
sterio passionis x̄pi que q̄pleta fuit hora nōa q̄n
inclinato capite tradidit spīm. Ieiunātes eī duz
iuam carnē affligūt passioni x̄pi q̄formant. Nō
tñ requirit hora determinata fm subtilez exami
natōem sed fm grossam extimatōem. sufficit enī
q̄ sit circa banc horā. hec ille. Tardare autem p̄
nonā quacūq̄z hora ñ viciat ieiuniū nisi fiat ex su
perstitiōe. Nō aūt in veteri testamēto ieiunarēt
vsq̄ ad vesperā. i. sero congruebat talis hora illi
statui qui assimulatur nocti. Status autem no
ui testamenti assimilatur diei. et ideo sufficit ho
ra nona. ad quod facit quod dicitur de q̄se. dis. i.
Solent. videz q̄ in quadragesima nullatenus
credendi sunt ieiunare qui ante mādducauerunt
cū vespertinum celebretur officiū. Ex quo. ca. vi
detur q̄ nō sit benefactum eos qui tenentur ad
officium diuinū comedere in quadragesima p̄
ieiunio non dictis vesperis. sicut etiaz in alijs ie
iunijs ecclesie extra quadragesimam non dicta
nona. cum etiam sit circa hoc̄munis q̄suetudo
que est optima legū inter p̄s et legē facit. extra d̄
q̄suet. c. cum dilectus

Caplm Tertiū de Ebrietate

Ebrietas est speciel
gule. Diuidit eī gula in q̄mesatiōes
et ebrietates. sicut genꝰ in species fm
Tho. ij. ij. q. cl. arti. i. de quibꝰ apls Romano xiij.
Non in q̄mesatōnibꝰ et ebrietatibus.
Sed sciendum q̄ triplex est ebrietas
Prima est ex vino diuinali.
Secunda ex vino criminali.
Tertia ex vino materiali.
Prima est ex feruore diuini amoris cū quis ita eo
replet q̄ alienatus sit ab actōnibꝰ mūi. Tale em
vinum diui amoris lenificat cor hois. et facit ho
minem audacē et securū in oībꝰ piculis et loquen
tem abūdanter de diuinis que carnales nō intelli
gunt. Unde turbe iudeoz audiētes apl̄os quan
do inebriati sunt spū scō q̄ loquebāt magnalia
dei variis linguis dicebāt eos ebrios. ꝛ Petrus
apls surgēs ad p̄dicandum oñdit eos ebrios ex
vino diuinalis amoris non materiali fm p̄phetaz
Joel. Ad hāc ebriatōem inuitant fideles Can
ti. v. vbi dr. Comedite amici et bibite et inebria
mini carissimi. Hoc vīo amoris immēsi ad nos
fuit x̄ps inebriatus cum crucem ascendit. Unde
dñs Latinus in sequētia. An te fecit sic amor ebri
um vt nec crucē putes obp̄briū amoris gīa. In
huius figuram Noe inebriatus vino vinee iue
iacebat denudatus et irrisus a filio. Sic et x̄ps
ebrius amore saluris vinee p̄pli sui in cruce de
nudatus māsit irrisus a iudeoz p̄plo vt exponit
Aug. de ci. dei p̄s. xxxv. Inebriabunf ab vbertā
te domus tue. i. scē domus eccie triū p̄bātis l'eti
am militātis. Scōa ebrietas est ex amore mūdi
et voluptatibꝰ seculi. Tale vinū facit hoies do
mire in iniquitatibꝰ cadere bincīū diuersis pec
catis. insensibiles eē in flagellis dīnis. et de tali
vino dr. puer. xxxi. Ne intuearis vinū dū flaue
scit in vitro. blādē eī ingredif. sed in nouissimo
mordebit vt coluber et quasi regulus venena dif
fundet. i. noli attēdere ad voluptatē dū in corpe
fragili vt vitr̄ apparet pulcra et suauis. Nā cum
quis respicit et īmorat in hmōi cogitatōibꝰ intrat
in ventrē mētis delectabil'r. sed postea q̄sciēniam
mordet et veneno peccati aīmam replet. Expergi
scimini ebrij et non a vino ait p̄pheta Joel. i.
sz nō vino materiali sed criminali. Et Treñ. iij.
Inebriauit me absinthio. i. mūdus. Absinthiū
est amarum. Et vt dicit Boe. Felicitas buiꝰmū
di multis amaritudinibꝰ respsa est. Terna ebri
etas est ex vino materiali. de qua apls. Nolite in
ebriari vino in quo est luxuria. Sed sciēdz fm
Tho. vbi supra ar. i. q̄ ebrietas dupl'r accipitur.
q̄tum malum sic maledicere idest excōmunicationem inferre vel aliam sententiam pene spūalis vel temporalis erit peccatum mortale. quia contra charitatem et iusticiam. Sic sumitur. xxiij. q. iij. Ipse dominus. De hoc etiam Augustinus dicit. q. eadem. Deus quibo maledicit meritum eius designat cui maledicit et sententiam. quez non fallit neq̄ qualitas peccati. vtpote neq̄ peccantis affectus. Homo autem qui hoc non pōt scire nec ꝓpositum mentem neq̄ alterius videre. aut cognoscere potest. iccirco etiaz si iudicantis vel sententiam prementis intuitu, pferat maledicum. non pōt esse maledicendi cā ignorat peccantis affectus. hec ille. Vult dicere q̄ nō potest quis iuste condemnari de peccato occulto. Quā uis enī peccantis affectus in se nō videatur. sicut nec cor hominis. tamen ꝓcipi potest ex aliquo manifesto peccato ꝓ quo pena infligenda essz affectus eius. Similiter q̄uis sciri nō possit q̄s sit maledictus a deo secundū finalē reꝓbationē tamen sciri potest quis sit a deo maledictus secundum reatum vite presentis. Ibo. vbi supra Tertio dicere se habet ad id quod dicit vt exp̄ssio quedam affectus desiderantis. i. qđ verbo exprimitur. Et ad hoc sunt instituta verba optatiui modi. Facere aūt aliquid et velle illud se cōsequuntur in bonitate et malitia. Et sic maledicere aliquem scilicet optando ei malum nō ob aliquod bonū sed ob malū eius est peccatū. Et de hac inquit Augusti. Humanū vitiū tūc scit maledicta, pferre cum forte conuitijs aut iniurijs, puocatur. Quod vitiū volens resecare apostolus, ne maledicta maledictis et conuitia quitijs prouocemus. mandatum necessariū posuit vt benedicamus quo quitiandi vitium resecetur non quo iudicandi veritas que hominēs lateat et pronūciandi auctoritas perimatur. xxiij. q. iij. c. Deus qui. Ponit autem apostolus hoc Ro. xx. vbi ait. Benedicite et nolite maledicere Sicut et de christo dicit Petrus in prima canonica. ij. ca. Cum malediceretur non maledicebat. cum pateretur nō comminabat. Et de hac hic agitur que cōmuniter procedit ab ira. Et potest sic diffiniri q̄ est imprecatio seu appetitio alicuius mali contra aliquem per verba expressa.

De maledictione .§. i.

inquit ps. loquens de iniquis. Quorum hos maledictione et amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinē. Contritio et infelicitas in vijs eorum. ps. xiij. Vbi tria notatur.

Primo describit maledictionē, put est vitiosa ibi. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est.

Secundo ponit affectionem prout est pniōsa ibi. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Tertio subdit ꝓsecutionē put est angustiosa ibi. Contritio et infelicitas in vijs eorz.

Quantum ad primum. In tantum maledictō est vitiosa inquantum habet secum amaritudinem rancoris et ire. Et ideo adiungit maledictioni amaritudinem Pedes sunt affectus q̄ sunt veloces idest prompti ad effundendum sanguinem. i. ad rixas vel ad multiplicandum peccata Denū in vijs. i. ꝓ operibus eorum contritio i. magna tribulatio in presenti et infelicitas dānationis in futuro eis erit si nō penitent. Notandum q̄ est triplex maledictio ex ira vel odio ꝓcedens in qua reperitur peccatum.

Prima est contra naturam diuinalem.
Scōa est contra creaturam intellectualē.
Tertia est contra facturam irrōnalem.

Prima que ē con .§. ii.

tra naturaz diuinalem que etiam includit blasphemiam est cum quis maledicit deum. Imprecatur enī ei malum ac si esset creatura. quod tūi non potest conuenire. et sic continet blasphemiam. Hoc autem semper est mortale cū peccādit se maledicere, nec excusatur q̄ ex subita ira hoc facit vel ex more, sicut nec excusaretur ab homicidio. et ꝓsequenter a pena mortis si quis ex impetu ire hoc ageret. ps. xxxvi. Maledicentes ei. i. deo disperibunt idest diuersis modis peribunt quia quo ad animam morte ghenne in alia vita et in presenti penis varijs corporis Leuit. xxiiij Qui maledixerit deum suum morte morietur scilicet corpali. Ostenditur autem grauitas huius maledictionis tripliciter.

Primo q̄z nominari ꝓhibet a sanctis refugitur
Scōo q̄z puniri seuere statutis ꝓcipitur.
Tertio q̄z exerceri sepe a dānatis repitur

Tantum haberet horroz istud vitium scz maledicere deum q̄ viri uosi viri non audent ipsū vitium ꝓprio nomine nuncupare sed per cōtrarium nominando benedictionem ꝓ maledictione vt patet Job primo vbi dicitur q̄ i capite ebdomade mittebat Job pro filijs et sanctificabat eos siue ad monendo et corrigendo ō vijs siue offerendo pro eis sacrificia. et subditur Dicebat enī scilicet Job. Ne forte peccauerunt filij mei et benedixerint deo id est maledixerint. Sic etiam quando falso accusauerūt testes Naboth de blasphemia seu maledictione dixerunt cōtra eum Benedixit Naboth deo et Regi id est maledixit. iij. Reg. xxi. Quinimo audientes iuuei deum blasphemare. etiam qui mali erant in signum horroris et detestationis vilacerabant vestimenta sua sicut dicitur de Caypha pontifici

Capitulū Quintum

sed pessimo q̄ scidit vestimenta sua cū dixit de xp̄o. Blasfemiauit. Mathei. xxvi. Nec mirum videtur enim hoc p̄cedere ex odio ad deum. Odium autem dei est maximū peccatoꝝ. Et mirum est q̄ terra non absorbet tales propter tantum scelus. Secundo ostenditur grauitas ex punitiõe legum. Omnis lex mandat tales puniri grauiter. Et lex diuina morte corporali iubet huiusmodi puniri. Unde populo dei ambulante per desertum ad terraꝝ p̄missionis inuentus fuit vnus deum maledixisse de quo mandauit dominus a populo lapidari vt habet Leuit. xxiiij. Lex canonica iniungit asperam penitentiam extra de maledicis. c. ij. Ibi ponit talis pena q̄ qui maledixerit deum vel beatam virginem vel sanctos debet septem dominicis diebus stare in foribus ecclesie dum dicitur missa ita q̄ in vltima stet sine pallio ꝛ calciamentis et corrigiam habeat ad collum et q̄ p̄cedentibus sextis feriis ieiunet in pane et aqua. et non ingrediatur ecclesiam. Et quolibet dictoꝝ dieruꝝ reficiat tres vel duos si non posset tres. vel saltem vnum et si ad hoc non supperant eius facultates. id in penã aliam commutetur. Et si predicta renueret sustinere. debet ei interdici ingressus ecclesie. et in obitu carere sepultura. In foro tamen penitentie non oportet illaꝝ iniungere sed arbitraria est sicut pro alijs peccatis. secundum Gof. Si vero in iudicio ecclesiastico conuinceretur talis penitentia posset imponi. et ad illam cogi. In omni etiam ciuitate bene regulata statutis ponitur pena pecuniaria vel alia contra maledicentes deū Et officiales in talibus locis qui omittũt ex negligentia tales punire grauiter peccant. Unde Grego. Consentire videtur erranti qui ad resecanda que corrigi debent non occurrit. di. lxxxiij Consentire. Unde tales puniendo et lucrũ temporale iustissime acquirunt quia cõmuniter ps talis pecunie in penam solute est rectoꝝ et accusantium et magnum meritum sibi acquirũt coram deo. Ipsi etiam sarraceni. maledicentes deum tacunt illos maledicẽtes terribiliter verberari. Tertio ostenditur grauitas eius ex hoc q̄ est exercituum eoꝝ qui sunt in inferno. Hõ aliud opus ibi exercent nisi blasfemare deum et maledicere. sicut dicit Joã. in Apoc. xvi. de eis q̄ manducauerũt linguas suas p̄ dolore et blasfemauerunt deum viuentem qui habet potestatem sup has plagas scilicet affligẽdi eos. Qui ergo hoc vitio detinetur ostendit se pertinere ad statum damnatoꝝ ex quo exercet artem eorũ Terribile est et valde formidandum exemplum quod inducit Grego. in. iiij. dialogoꝝ de quodam puero quinq̄ annoꝝ. qui a parentibus suis ciuibus romanis in delitijs male nutritus consueuerat pro quolibet minimo deum male dicere Et cum supueniente peste in vrbe ille puer infectus esset patre tenenti euꝫ in brachijs cepit puer clamare. Posita pater Mauri homines me capere volunt Faciemq̄ suam abscondẽs in sinu patris querebat ne illos videret demones. qui apparuerunt in forma ethiopum. Nil tamen pater videbat Dicq̄ exterritus puer deū blasphemauit inter que verba vltimum spiritū exalauit ductus a demonijs in infernum damnatoꝝ quoꝝ officiū ita cito didicerat. Et licet in tam tenera etate infantuli non soleat q̄s vsum rationis habere credendum est secunduꝫ Tho. in. iiij. in eo vsum rationis acceleratuꝫ fuisse. sicq̄ propter peccatum maledictionis damnationem eternam meruisse. Multiq̄ alij deuꝫ maledicẽdo in ludis vel alijs actibꝰ a demonibꝰ fuerunt arrepti et terribiliter vexati. Quoꝝ nos maledictione ꝛc. Contritio ꝛ infelicitas ꝛc.

Secūda maledi. §. iii.

ctio est contra creaturam intellectualem. et hec̃ celestis infernalis. et terrestris. Siquis autem maledicit aliquem sanctoꝝ vel angelorũ nulli dubiuꝫ q̄ mortaliter peccat. quia sicut honor q̄ fit sanctis redundat in honorez dei q̄ sanctificat eos. propter quod dicit p̃s. lxviij. Gloriosus deus in sanctis suis scilicꝫ apparet Ita iniuriaque fit sanctis. vt maledictio blasphemie debonoratur deus. Unde et extra de maledi. c. i. puniri iubentur maledicentes sanctos. Creaturam infernalem vt diabolum ipsum maledicere inquã tum creaturam seu secundum naturam nullo modo licet. quia ipse secundum naturam bonꝰ est sicut et quelibet creatura. Secundum culpã vero et malitiam que in eo est maledici potest. quod nõ est aliud nisi detestari culpam eiꝰ. Unde dicitur Job tertio. Maledicant ei scꝫ nocti culpe originalis qui maledicunt diei idest diabolo scꝫ sancti viri. Hec est contra quod dicitur Eccle. xxi. Cum maledicit impius diabolũ maledicit animã suam. q̄ secunduꝫ Tho vbi supra cũ maledicit peccatoꝝ diabolum ꝓpter culpam q̄ aliter maledicendus nõ est. simili rõne ostendit se maledictione dignũ cum in culpa maneat. et sic dicitur maledicere aĩam suaꝫ Exleuitate autem vel ira hoc agere peccatũ est. sicut cõmuniter accidit. Unde et abstinere ab hoc debemur exemplo archangeli de quo dicit in epistola Jude. Cum altercaretur Michael cũ diabolo de corpore Moysi nõ ausus fuit in eum iudiciũ inferre blasphemie. sed ait Imperet tibi deꝰ Ubi Iero. Si ergo Michael non fuit ausus diabolo ꝛ certe maledictionis dignissimo iuditium inferre blasphemie quanto magis nos ab omni male dicto puri esse debemus. Verebatur quidem diabolꝰ maledictũ sed ꝓ os archangeli blasphe

mia exire nō debuit.xxiiij.q.iij. Si igitur. Altercatio autem illa in hoc fuit quia diabolus querebat inueniri corpus Moysi vt sic eos induceret ad idolatriam p̄ nimium cultum eius. Sz angelus p̄hibebat inueniri ad subtrahendū eis occasionem superstitionis. quod et factum est sic vt non inueniret. Creatura intellectualis terrestris est vt homo. cui cum malum optari nō debet inquantum malum. ita etiam nec maledici. cum sit factus ad imaginem dei. Cōtingit autē ex causa triplici hominē maledicere

Ex p̄formatione dei ⁊ amore iustitie.
Ex deliberatione et liuore vindicte.
Ex subreptione vel correptione nequitie.

Primo igitur cū quis maledicit alicui p̄formādo se voluntati diuine quā videt velle aliquod malum illius hominis ex instinctu spūssancti. tunc nō est peccatum secundum Tho. vbi supra arti.i. Et hoc modo Petrus apostolus maledixit Simoni mago dicens. Pecunia tua sit tecū in perditionē. Act.v. Et Paulus maledixit Elime mago. Percutiat te deus cecitate fili diaboli Et Heliseus maledixit pueris deridentibo eū. in nomine dñi. vnde secuta est deuoratio eorum ab vrsis. iiij. Regū.ij. Et Noe maledixit. Chanaan filio suo Cham. p̄pter derisionem factam sibi a dicto Cham. Geñ.ix. Eadem rōne omēs maledictiones que imprecate sunt a sanctis p̄phetis contra peccatores vt illud. Duplici contritione contere eos domine deus noster. et illud Geñ.xxvij. Qui maledixerit tibi. maledictionibus repleatur. ⁊ in p̄s.cviij. Deus laudē. Vbi imprecantur multe maledictiones contra Iudam vl̄ populum iudaicum. Possunt etiam huiusmodi imp̄cationes intelligi p modū p̄dicti p̄nūciationis secundū Tho. Et tunc exponit̄ p̄sens impatiui vel optatiui pro futuro indicatiui vt illud Contere eos id est conteres. Maledictionibo repleatur id est replebitur. In p̄s. Deus laudem. Constitue sup eum peccatorē. i. p̄stitues ⁊c. Similiter cuz aliquis maledicit alicui optando ei aliquam egritudinem vel aliqd impedimentū nō p̄pter aliud nisi vt per hoc bonus efficiatur vel ab alioz nocumento cesset. pōt esse sine peccato vnde Gre. in tertio moral. Cū sancti viri maledictionis sententiam p̄ferunt non hanc voto vltionis sed ex iusticie examine promunt. xxiiij.q.iij. Secundo p̄fertur aliquando maledictio ex liuore vindicte. et hoc est mortale peccatum cum sz maledicit aliquez optando ei deliberate aliquod malum notabile nō nisi malum. puta ob odium vel vindictam vel inuidiā et huiusmodi puta cum dicit. Mors occidat te Talis vel talis infirmitas tibi accidat pestis. vl̄ febris vel incisa sit tibi manus vel pes frangat. vel diabolus habeat animam tuam. ⁊c. Et ō hac intelligitur dictum apostoli. i. Corinth.vi. Neq; maledici regnum dei possidebunt. Nullus aūt excluditur a regno dei nisi p̄pter mortale. Et rō huius est secundum Tho. secunda secunde. q. lxxvi. arti. iij. quia velle alicui malum secunduz se repugnat charitati qua diligimus p̄ximū volentes ei bonum. et ideo secundum genus suū est mortale Et tanto grauius quanto p̄sonā cui maledicimus magis diligere ⁊ reuereri debem⁹ Vnde dicitur Leuit.xx. Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Et multo grauiꝰ videtur peccare cum ex deliberatione maledicit animabus parentuz iam defunctorū De p̄latis etiam spēaliter dicitur. Principem p̄pli tui nō maledices Hinc Grego. in tertio moral. Male dictum qđ scriptura condemnat ē quod nō iudicio iusticie sed liuore vindicte p̄mitur. xxiij. q.iij. Cum sancti. Sed ita miserabiliter abūdat hoc vitium in mūdo vt merito possit dici illud. Zacharie p̄phete. Non est veritas in terra. non est misericordia. sed maledictum furtum. adulterium inundauerūt. Et sic hoīm os maledictōe et amaritudine plenū est ⁊c. Tertio p̄fertur maledictio ex subita ira sine deliberatione. ⁊ q̄si cā correctionis vt talis terreatur. vt quotidie faciunt parentes erga filios magistri erga discipulos. et domini erga seruos qui tamen nō optāt illis illa mala. et hoc secunduz Tho. vbi supra ē veniale. quia peccata verborum maxime ex affectu iudicantur. Et Augu. de igne purgatorij dicit ad minuta ideō venialia pertinere cum omni facilitate ⁊ temeritate maledicimus di. xxv. § Alias ea demum. Quāuis autem hoc nō sit graue peccacum tamen ab huiusmodi abstinendū Vnde Hieronimus. Qui negligunt oris maledicti consuetudinem resecare etiam si non corde maledicant. tamen immunditiam labiorū ⁊ inquinament a oris incurrunt. xxiiij.q.iij. Quantum autem deo displiceat et filijs noceat maledictio parentum erga filios. ostendit Aug. in libro ciui. dei per exemplum illius mulieris vidue que in ciuitate Capadocie habitans decem filios habebat. Et cum vna dierum ex aliquo opere eorum ei displicēte eos maledixisset. omnes effecti sunt in toto corpe tremuli ita vt omniū aspectus ad se traherent. Ex quibo duo sc̄z Paulus ⁊ Palladia dicti venientes ad ciuitatem Ponthensem vbi p̄sulabatur. Augu. orantes ad altare beati Stephani vbi erant reliquie eius miraculose sanati sunt. Sicq; ex indiscreta maledictione matris in filijs et ipsi ad hoc prouocātes matrem puniri sunt. Quorum os maledictione. ⁊c.

Tertia maledic. §. IIII.

ctio est contra creaturas irrationales. prout dūs

dixit. Gen̄. tertio. Maledicta terra in opere tuo in penam hominis. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. secunda secunde. q. lxxvi. arti. ij Maledictio creature irrationalis potest fieri tripliciter. Uno modo ad creatorem referendo in quantum scilicet est creatura dei. et sic est illicitum et peccatum blasphemie. vnde et mortale hoc enim est detestari deum in illo ope suo. Secundo modo ad ipsam creaturaz respiciendo secundum se consideratam. vt quia aliquod brutum non mouetur vt vult vel nocet sibi et huiusmodi. ex quo irascitur appetens ei penam. sz hoc est vanū seu ociosum. vnde et peccatuz veniale. Maledictio enim licita videtur esse precipue inquātū respicit penā. pena aūt rn̄det culpe. Uñ cuz creatura irrōnalis nō sit susceptiua culpe nec pene. ideo vanum est secundum seipsam maledicere. et tamen hoc modo. fit frequentissime. Quoꝝ os maledictione ꝛc̄. Tertio modo ad hominē referendo ad quez ordinat̄. Omnia enim fecit deus ꝓpter hominē. Aug. et sic benedictio et maledictio ad illam rem ꝑtinēt proprie cui potest aliquid bene vel male contingere scilicet rōnali nature. Creaturis autem irrōnabilibꝫ bonum vel malū dicitur ꝯtingere in ordine ad creaturam rationalem propter quā sūt ordinate. Sunt autem ordinate ad eam tripliciter. Uno modo per moduz subuentionis inq̄tum creaturis irrationabilibus subuenitur necessitati humane. Et hoc modo deus maledixit terre vt per eius sterilitatem homo puniretur. Dominus etiam iussit vt sex ex tribubus isrl̄ stantes super montem Gebal deberent imprecari multas maledictiones transgressoribus legis. et econtra alie sex tribus stantes sup̄ montē Garizin imp̄carent benedictiones multas obseruatoribus legis. ad īnuendum vt dicit Hiero. ꝙ quidam legem obseruant dei timore punitionum. et quidam amore premiorū. xxiiij. q. iij Cum ergo. Et inter ceteras maledictiones dicit̄ Deut. xxviij. Maledictum horreum tuū. vt scz per penuriam victualiuz punirent̄. Et hoc modo maledicere creature irrationali ex maliuolētia scilicet ad possessorem eius. vt sic ex carentia illius crature irrōnalis ꝓximus damnificet̄ notabiliter. vt per mortez equi. bouis. ruinā dom⁹ et huiusmodi. esset mortale. quia contra charitatem. Secundo modo ordiatur creatura irrōnalis ad rationalem per modum significationis īq̄tum scilicet ea que contingunt circa irrōnabilia figurant que mortaliter eueniunt. vel euenire possunt hominibus. Et sic dominus maledixit ficulnee cum scilicet accedens ad eam esuriēs non inueniret fructus sed tantum folia. ex qua maledictione radicitus arefacta est. Math. xxij. ad significandum populū iudeoꝝ ad quē dn̄s veniens incarnatus esuriens idest desiderās salutem eius quia nō inuenit fructus fidei sed tātum folia cerimoniarum obseruationis reprobauit gratiam subtrahendo. vnde nil fruct⁹ meritorum ꝓducere potest. Significat etiaz hominem tantum bonis verbis ornatum nō operibꝫ a deo reꝓbatum ꝑ hoc nō sibi fructificare. Sic et montes Gelboe maledicte sunt a Dauid vt nec ros nec pluuia stillaret sup̄ eos. vt habetur ij. Reg. i. ad significandum ꝙ in monte sup̄bie vbi corruerūt fortes isrl̄ id est angeli mali. ꝛ primi parentes. nec ros gratie nec pluuia descēdit a deo id est sup̄bis. Tertio modo ordinatur creatura irrationabilis ad rationalem per moduz continentis scz temporis vel loci. Et ꝓpter hoc potest intelligi ad litteram Dauid maledixisse montibus Gelboe ꝓpter cedem populi israhel q̄ fuit facta a philisteis in tali loco. Sic ꝛ Job maledixit diei natiuitatis sue dicens. Maledicta dies in qua natus sum ꝛc̄. ꝓpter culpam originalem quā nascendo contraxit et alias sequentes ꝑenalitates tali tempore. Unde Grego. in quarto moral̄. ait. Nimis est incongruū vt suspicemur Job nullo instigante nullo pulsante ex impatientia ad vocem maledictionis erumpere. quem nouimus inter damna rerum. mortemq̄ filiorum inter vulnera corporis. inter verba male suadentis vxoris magna creatori preconia humili mente reddidisse. duz scilicet ait Dominus dedit dominus abstulit ꝛc̄. Et iterū vxori. Si bona suscepim⁹ de manu domini ꝛc̄. Nō est ergo maledictio eius ira cōmoti. sed doctrīa tranquili. Dies ergo in qua natus est designat omne tempus mortalitatis id est deficiat temp⁹ mortalitatis et appareat status eternitatis. Uel dies qui optatur vt pereat. est diabolus qui optatur vt pereat non quidem a gloria quā iam ꝑdidit. sed vt retrusus licentiam temptādi amittat. Hic quidem dies est per naturam bene cōditus. nox per meritum. tenebrosus dies cū ꝓspera allicit. sed in noctem desinit quia ad mala trahit. Sub hac die et nocte homo est ꝯceptus et natus quia sub potestate diaboli ꝑ peccatū originale ex ipso introductum homo concipitur et nascitur. Uel dies peccati delectationem designat nox mentis cecitatez. Homo ergo in die nascitur vel in nocte concipitur quia ad delectationem peccati nō rapitur nisi prius ꝑ mentis tenebras infirmetur. Sed pereat dies id est delectatio peccati vigore iusticie. destruatur ꝛ nox. i. quod cecata mens per consensum perpetrat penitentia extingat. Dies vertatur in tenebras. vt quod in exordio delectationis ad quem finē perditionis rapit videatur. et per penitentiam crucietur. Quod si ita punita est non requirit eaz deus in iuditio vt puniat. hec ex dictis Grego.

sed abbreuiata. Sed .b. Tho. sup Job tractans hunc passum secundum litteram sic ait. Intelligendū est Job die sue maledixisse. quia eū esse malum denunciauit non scdm suam naturam qua a deo factus est. sed secundum illam scripture consuetudinem qua dicitur tempus bonū vel malum sm ea que in tempore aguntur scdz illud. Ephe. v. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Maledixit ergo diei sue inquantum malū in illa die accidisse ꝯmemorat. Quomodo autem maledixerit ei. subditur. Pereat dies in qua dictum est natus est homo Ubi sciēdum ꝙ licet esse et viuere sit secundum se appetibile. tamen esse et viuere in miseria est fugiendum scdm quod hmōi. licet interdum esse ī miseria libenter sustineatur ꝓpter aliquem finem bonum. Unde illa miseria vite que non ordīat ad aliquem bonum finē nullo modo erit eligēda. Bonum autem quod ex aliqua miseria expectatur sola rō apprehendit non autem vis sensitiua percipit. sicut amaritudinem ꝑcipit gustus sed sola ratio in fine sanitatis delectatur Si q̄s autem secundum passionem sui gustus vellet exprimere medicinam denunciaret eam esse malam q̄uis ratio iudicaret bonam ꝓpter finem. Sic ergo miseria quam sustinebat Job ratōne quidez videri poterat q̄tū ad aliquid vtile esse sed inferior pars anime que tristicia afficiebat aduersitatem totaliter repudiabat. Unde ⁊ ipsum viuere sub tali aduersitate onerosum erat. Quando autem aliquid nobis odiosum ē. omnia abhominamur per que deuenimus in illd Et ideo Job secundum anteriorem partem anime cuius passionem exprimere intēdebat. ⁊ natiuitatem et conceptionem suam ex quibꝫ ī hac miseriaz venerat odio habebat. et ꝑ consequēs diem natiuitatis et conceptionis secundū illuz modum loquendi quo ex his que in tempore aguntur aliquid ascribitur tempori bonū vl' malum. Sic ergo secundum partem sensibilem vitaz sub aduersitate repudiabat. volebatq̄ se nūq̄ natum vel conceptum fuisse. Et hoc est qd dicit Pereat dies in quo natus sum. ac si diceret. vtinam nunq̄ natus fuissem. Et nox ī qua dictum est. i. in qua dici potuit. vere conceptus est homo. i. vtinam nunq̄ fuissem conceptus. Conuenienter autem natiuitatem ascribit diei conceptionem nocti. quia secundum astrologos natiuitas diurna laudabilior est principali sydere. i. sole exñte super terram. Conceptio autez de nocte frequentior est. Similis modꝰ loquēdi habetur Jere. xx. vbi dicit Jeremias. Male dicta dies in qua natus sum. ⁊c. ¶ Prosequitur autē sīgilatim de maledictione vtriusq̄ diei scilicet et noctis. dicens. Dies illa vertatur ī tenebras. Ubi sciendum secundum Hiero. in ꝓlogo sup Job. ꝙ ab illo loco Pereat dies. vsq̄ ad illum vbi ante finem libri dicitur. Idcirco meipsum rep̄hendo. Scriptus fuit liber iste in versibus exametris. vnde et per moduz poematis conscriptus est. Unde ꝑ totum librū hūc figuris et coloribus vtitur quibus poete vti consueuerunt. Poete autem. vt vehementius moueant eandem sententiam per diuersa verba inducunt. et secundum huiusmodi Job ad maledicendum diei sue. ea inducit quibus solet nobis aliqua dies esse odiosa. Dignitas diei ē claritas eius per hanc enim a nocte discernitur. Hanc autem dignitatem excludit cū dicit. Dies illa vertatur in tenebras. Et quantum ad superficiem littere tunc friuola videtur et vana. qr iam preterierat dies natiuitatis. ⁊ iam nō erat. quod autem preterijt īmutabile est. Quomodo ergo poterat sibi dies que preterierat in tenebras conuerti. Sed sciendum ꝙ quedam ꝑ moduz optandi dicuntur ad exprimendum iudicium quod de re aliqna habetur. Sic ergo dicitur dies illa conuertatur in tenebras. ac si diceret dies natiuitatis mee debuisset esse tenebrosus vt cōgrueret tenebris miserie quā patior. Quia enī aspectus luminis delectabilis est. consuetum est in scripturis vt per tenebras tristicia significetur Est autem dies clarus multipliciter. Primo ex dei sanctificatione. qui eum celebrez instituit vt sabbatum Hanc claritatem remouet a predicto die dicens. Non requirat eū deus desuper. quasi dicat. Non exigat deus ab hominibus vt hūc diem celebrez agant sicut aliqui dies exiguntur a deo ad celebrandum in memoriam beneficioꝝ Vult ergo dicere ꝙ natiuitas sua nō debet computari inter insignia dei beneficia. cuz magis sit natus ad miseriam quam ad leticiā. Secundo aliquis dies clarus dicitur ex bonoꝝ recordatōe Solent enī homines aliquos dies celebres agere in quibus aliqua magna ⁊ iocūda acciderūt sicut ⁊ pharao diem natiuitatis sue celebrauit. Hāc igitur claritatem excludit a dicta die dicēs Et non sit in recordatione hominū ¶ Tercō dies clarꝰ est ex corporali lumine Que claritas aufertur ex subtratione radioꝝ solis illumiuantiū terras. vt quando sol eclipsatur Et quātum ad hoc dicit Non illustretur lumine vel ex oppositōne nubium occultantium radios solis. ⁊ inquātum ad hoc dicit. Obscurent eum tenebre. nq̄. ex defectu visiue virtutis. Dum enī quis moritur vel visu priuatur. sic ei aufertur claritas diei Et quantum ad hoc dicit. vmbra mortis ⁊c. Et inuoluatur amaritudine. per hoc dat itelligere totum quod de obtenebratōne dictum est ad tenebras tristicie esse referendum Hunc enim morem obseruare videtur vt parabolicam locutionem ex aliquo sequenti exponat Nihil ergo in

tēdit dicere aliud nisi q̄ dies natiuitatis sue nō debet iudicari dies gaudij sed meroris. cum per suam natiuitatem ad vitā tante aduersitati subiectam deuenisset. Demū de nocte dicit Noctē illam ꝛc. Ibi vide.

Capitulum sextum de contumelia.

Contumelia ponit a Gregorio in libro moralium filia ire. Et quamuis oriatur aliquādo etiaz ex alijs vicijs magis tamen directe ꝛ cōmunius ex ira Et ratio est quia finis ire est vindicta. Sed nulla vindicta magis est in promptu irato q̄z contumeliā inferre alteri. Aliquando oritur ex stulticia ꝑm illud prouerbiorum vicesimo. Omnes stulti miscentur contumelijs scilicet vel alijs contumelias inferendo. vel contumeliantibus se immiscendo. Sicut enī ira nō audit perfecte rationez sed rationis defectum ꝑm philosophum et ideo contumelias infert eadem ratione stultus. Aliquādo oritur ex superbia scd̄m illud prouerbiorum vndecimo. Ubi superbia ibi ꝛ contumelia et hoc actiue ꝛ passiue. quia infert ꝛ recipit eas ꝛ hoc est dispositiue. Et ratio est quia superbi estimant alios inferiores se ideo facilius ꝯtemnūt alios ꝛ alijs irascuntur. Unde sequitur ꝯtumelia Potest autem sic describi. Cōtumelia est expressio defectus alterius coram eo per verba ad ipsum dehonorandum Unde Isidorus dicit in libro ethimologiarum q̄ contumeliosus ē qui velox est ꝛ tumet verbis iniurie. Extensio tamen nomine quandoq̄z contumelia in factis in iniurie dicitur. Unde glo. sup̄ illud Romanorum primo Contumeliosos dicit. Contumelio si sunt qui dictꝫ vel factis iniurias ꝛ turpia alijs inferunt. vt si quis proijceret lutum vel sputum in aliquem ꝛ huiusmodi. Est autem differētia inter contumeliam. conuitium ꝛ improperiuz Nam contumelia est cum refertur defectus culpe alterius in vituperium eius. vt cum vocatur quis fur. adulter. ꝛ huiusmodi. Conuitium cū refertur defectus culpe vel pene. vt cum quis vocat̄ claudus cecus. mendicꝰ ꝛ huiusmodi. Improperium autem importat defectum minoratōnis. cum reducitur ad memoriam seruitium in necessitate collatum Sepe tamen sumitur vnū pro altero. ꝛ nomine ꝯtumelie vel etiam obprobrij quodlibet horum hic intelligitur.

De contumelia §.I.

ps. lxviij. Propter inimicos meos eripe me Tu scis improperium meū. confusionem meam. et reuerentiam meam. Loquitur psalmus in p̄sona christi vt dicit glo. Unde petit liberationē a morte per resurrectionē propter inimicos vt. s. conuertātur et peniteant de passione ei illata. in qua sustinuit improperium cum. s. iudei dicerent. Blasphemauit. et huiusmodi. secunduz glo. quod pertinet ad contumeliam. Iere. xx. Audiui contumelias eorum in circuitu. Sustinuit confusionem id est magnam penaz ex illis contumelijs. Ad Hebre. xij. Sustinuit talem aduersus semetipsum contradictionem et ibi. Sustinuit crucem confusione contempta. Reuerentiam meam scilicet ad deum non recedendo a deo scilicet per patientiam. Sap. ij. Cōtumelia et tormento interrogemus eum. et probemus patientiam eius. et vidamus reuerentiaz eius. hec omnia tu pater scis. Potest etiam secundum glo. dici q̄ hec loquitur xp̄us in persona membrorum suorum pro quibus petit liberationem. Ubi tria notantur.

Primo ostendit contumeliam illatam ibi. Improperium meum.

Secundo innuit penam inde causatam ibi. Confusionem meam.

Tertio subdit congruentiam seruatam ibi. Et reuerentiam meam.

Quātum ad primum §.II.

ibi ponitur improperiuz pro contumelia vt patet ex glo. Ubi ad sciendum quando ē peccatum et quale. Nota q̄ contumelia potest inferri triplici intentione. et secunduz h̄ iudicandum est de ipsa

Primo animo scilicet corrigendi.
Secundo animo scilicet solatiandi.
Tertio animo scilicet iniuriandi.

Cum ergo ꝯtumelia profertur animo corrigendi in se non est peccatum sed meritorium. Cuius ratio est. quia sicut licet aliquem causa correctionis verberare vel in pecunia condemnare sic etiam pōt zelo correctionis contra aliquem verbū conuitij dicere. Quod patz exemplo christi qui dixit discipulis euntibus in Emaus. O stulti. et tardi corde ad credendum. Luce. vlti. Et exemplo Pauli qui dixit. O insensati galate. q̄s vos fascinauit euangelio non obedire. Ad Gal. iij. Raro tamen et ex magna necessitate et vtilitate. et cum moderatione huiusmodi obiurgationes sunt faciende vt dicit Augustinus. Et p̄cipue verbis continentibus turpia abstinendū vt meretrix. et huiusmodi. que sine peccato dici nō possunt. Scd̄o cum profertur contumelia seu conuitium animo solatiandi. tunc si talia n̄ sūt in detrimentū honoris alicui ē veniale pctz

vt vocando cecum stultum et huiusmodi. Si vero ex leuitate vel ludo pferret verbum quod esset contra honorem alterius vel de quo estimare posset ipsum notabiliter irasci ⁊ odium incurrere vel aliud graue peccatū non excusaretur a mortali etiam si hoc non intenderet sicut cum quis ludens cum alio grauiter offenderet vsq; ad mutilationē et huiusmodi non careret mortali culpa. Ludus enī noxius est in culpa Quātus enim ad eutrapeliam seu vrbanitatem pertineat dicere aliquod leue conuitium non tamē vsq; ad dehonorationem vel contristationem eius de quo dicitur. sed magis causa delectatōis et ioci vel leuitate loquendi obseruatis debitis circūstantijs. alias ibi esset peccatum. Et ideo cauendum est semp a conuitijs et contumelijs.

Tertio cum profertur animo iniuriandi vel vlciscendi aut dehonorandi est mortale scōz Tho secunda secunde. q. lxxij. articulo secundo. Ratio huius est. quia notabiliter ledit primuz. et sic facit contra iusticiam et charitatem. Non enī quis amat minus honorem suuz q̄z diuitias tēporales sed plus. Sed auferens substantiā peccat mortaliter vel etiam intendens auferre. ergo multo magis intendens auferre honorem. Verba enim per que infertur contumelia quantuz ad suam essentiam. id est inquantum sunt quidam soni audibiles et si nullum nocumentum inferant nisi forte grauando auditum cū nimis alte quis loquitur. tamen inquantum sunt signa representantia aliquid in noticiam alioz sic possunt multa damna īferre. interque est q̄ homo damnificetur quantum ad detrimentū honoris et reuerentie sibi ab alijs exhibende. Unde et maior contumelia est et grauius peccatuz vt si aliquis dicat defectum suum coram multis. et tamen etiam sibi soli dicendo potest esse contumelia inquantum ipse qui loquitur loquentis reuerentiam agit. Probatur hoc idem scilicet contumeliā esse mortale auctoritate. Nā dixit christus Mathe. v. Qui dixerit fratri suo fatue quod scilicet ptinet ad contumeliam. reus erit gehenne. que non debetur nisi pro mortali. et intelligitur cum hoc dicit intendens dehonorationem. Apostolus etiaz Roma. primo dicit Digni sunt morte scilicet eterna qui faciūt peccata enumerata ibi inter que ponitur contumelia. Et clemens. Damnatione sunt digni qui patribus legatione dei fungentibus contumeliam inferunt. ij. q. vij. c. Qualis.

Quātum ad se .§. III

cundum notatur pena consequens ex improperio seu contumelia dum dicitur. Confusionem meam scilicet ex improperio mihi secutam. Cōfusio enim vt dicit Catholicon importat erubescentiam. Erubescentia autem magna est pena. vt dicit Augustinus de peni. distin. vi. c. i. Debz autem quilibet cauere sibi inferre primo penaz vel tristiciam. Unde abstinere debet primo abī properio seu contumelia culpe improperando. ei culpam preteritā sine causa rationabili. Dō phibetur Eccle. viij. Ne despicias hominem auertentem se a peccato scilicet per penitentiam. nec improperes ei. Memento quia omnes īcorruptione sumus. sicut nec christus improperauit. Magdalene penitēti peccata sed terit remittendo ⁊ pater recepit filium prodigum reuertētem. Joan. euangelista illuz iuuenem qui ex discipulis effectus erat princeps latronum osculans ei manum qua homicidia perpetrauerat. vt non confunderetur. Sed gaudere debes q; frater tuus erat mortuus et reuixit sicut gaudent angeli de vno peccatore penitentiam agente. Memento quia ⁊ tu aliquando in talia cecidisti vel talia adhuc et peiora agis vel saltem ea perpetrare potuisti. Secundo debet quis abstinere ab improperio indigente. scz rememorando eius subuentionem sibi factam in necessitate ad confundendum et dehonorandum eum. Unde dicitur Eccle. xlv. Cum videris. ne improperes sed imiteris deum. vt dicit ibi glo. Qui dat omnibus affluenter ⁊ nō improperat. Jac. primo. Et de improperante beneficium factuz dicit. Ecc. xx. Datū insipientis nō erit tibi vtile Nam oculi eius septemplices sunt. exigua dabit ⁊ improperabit multa insipiens est peccator et contumelioſus. Oculi eius intentio eius et hi septemplices id est ad varia emolumenta intendens videlicet emolumentū inde sperando importune exigendo. multotiens improperando. dominium bonorum tuoz ambiendo te sibi subijciendo. de eo inaniter gloriando datuz multo maius quam sit reputando Et sic nō erit tibi vtile. Debet etiam quis abstinere ab improperio seu conuitio defectus nature. videlicet non vocando illegitimum vel cecum vel habetem vel stultum ⁊ huiusmodi. Eccle. xvij. Est reuersio ad amicum excepto qui conuitio et male dicto. ⁊c. Unde et fenēna que multos habuit filios quia exprobrauit Anna ⁊ improperabat seu conuiciabatur ei q̄ domin⁹ conclusisset vuluam eius id est q̄ sterelis esset punita est q; filios amisit primo Regum. primo. Cum autem per contumeliam quis faciat iniuriaz proximo notabilem tenetur ei satisfacere saltem petendo veniam. Sic enim christus docuit dicens. Mathe. v. Si frater tuus habeat aliquid ad-

uersum te.quia.s.ei iniuriasti, vade reconcilia/ri fratri tuo scz petendo veniam. Notabile exē/plum haberur circa hoc in vitas fratrum. Cū ei quidam contumeliam intulisset fratri suo qui dictus est frater Nicolaus de Juuenatio, & nō sibi reconciliasset venia petita.accidit q̄ inde ad paucos dies infirmatus ille moreretur. Post mortem vero apparuit ipsi fratri Nicolao petēs abeo veniam ꝺ ꝓtumelia illata. Cui ille rūdit. sciens illum esse defunctum. Veniā pete a xp̄o i cuius iudicio et foro es constitutus. Et ille xp̄s mihi nō vult dimittere nisi prius humiliat⁹ ve niam a te petens obtinuero. Quod libenter fe/cit & sic a xp̄o veniam impetrauit. Debet autē ꝓtumeliatus oblata sibi satisfactione compatē/ri ignoscere.alias graviter peccaret. Unde dicit di.rc. Si quis contristatus noluerit reconcilia/ri fratri suo satisfaciente eo accerrimis macerer inediis glo.ibi excōicationis.

Quantuz ad ter.§.iii.

tium scilicet congruentiam seruatam notā cu z dicitur. Reuerentiam meam quaz scz habai ad te deus pater in ipsis impropꝛijs quia nō recef sia timore tuo et dilectione ꝓpter hmōi iniurias et contumelias.sed voluntarie et patienter susti nui. Unde et subdit. Jmproperuim expectauit cor meum et miseriam id est ad ista me nō inui tus sed voluntarius preparaui vt dicit glo. Et autem dicit Pe. in canonica pria xp̄s pas/sus est pro nobis vobis relinquens exemplū vt sequamini vestigia eius patienter ferendo cōtu melias vt ipse fecit. Unde Liberius papa. Non vos a pio mentis ꝓposito afflictionis amaritu/do coarcet recedere considerantes quanta crea/tor dominus pro vobis ꝓtulerit.quibꝰ se contu melijs afficiendum tradiderit,p vestra liberatio ne.vij.q.i. Suggestum. Et notandum circa cō/tumelias verborum et factorum q̄.

Aliquando oportet repellere.
Aliquando decet sufferre.
Aliquando debet quis rep̄hendere.

Primo contumelia est aliquando repeller/da scilicet puniendo contumeliantem quando quis scilicet habet auctoritatem sup eum. Cōtu melia enim iussu principis et manu militis est repellenda. Unde Ro.xiij.dicitur. Nō sine cau sa gladium portat. Dei enī minister est.vinder in iram in eum qui male facit. Precipue autez contumelias et ea que sunt in iniuriam dei vel ecclesie oportet punire. Unde Crisos. dicit q̄ in iniurijs ꝓprijs esse patientem laudabile est in/iniurijs dei impium. Et quia contumelie q̄ di/cuntur ꝓtra rectores p̄cipue prelatos eccīe.preci pue vergunt in contumeliam dei.ideo puniēde

Et quamuis quis debeat magis punire si pote statem habet contumelias aliorum q̄ ꝓprias. quia minus suspectus haberur ne moueat cupi ditate priuati honoris tamen et in eum illatas potest punire inquantum vergunt in iniuriam ecclesie et detrimentum boni communis.vt di citur.xxiij.q.iij.Guilisarius cum.§.sequenti.& glo.ibi. Secundo aliquando contumelia est sufferenda.et hoc ratione euitdāe temeritatis. iuxta illud puer.xxvi. Ne respondeas stulto iu/xta stultitiam suam ne ei similis efficiaris. Ta/cere quippe & non respondere contumelianti qñ quis hoc faceret vt sic tacens magis prouocaret illum ad iracundiam peccatum esset sed tacere ne & ipse respondens incurrat contumelias vel magis illum ad iram accendat debitum est et virtuosum. Secundo debet sufferri rōne incor rigibilitatis. Cum enim contumelians est īcor/gibilis.nec in eum habet auctoritatem.sufferre debet et tacere. Sicut et christus cū contumelia retur non respondit nec Herodi. nec Pylato. nec scribis et phariseis contumeliantibus eu⁊ quia obstinati erant.vt habetur in euangelijs. Tertio sufferenda est contumelia rōne conseruā de virtutis scilicet patientie. Sicut enim patiē tia necessaria ē nobis in his que fiunt ꝓtra nos ita et in his que contra nos dicuntur. Pa/tientia ait apostolus nobis necessaria est. Ec/clesia.viij. Non litiges cum homine linguato. nec struas in ignem eius ligna.nec cum poten/te ne te per potentiam opprimat.nec cum diui/te ne te p̄ pecuniam vincat. nec cum loquace ne te per eloquentiam decipiat. Unde in ps.xxxvij dicitur. Qui inquirebant mala mihi locuti sūt vanitates id est falsitates. Et subditur. Ego aūt tanquam surdus non audiebam & sicut mutus non aperiens os suum. Non dicit ego surdus sed tanquam surdus.quia in hoc est virtus pa/tientie.vt audiens contumelias tanquam non audiret non murmuret in corde.nec ore contu/melijs respondeat. Tertio debet aliquādo re/prehendi contumelia in dicto vel facto quod li/cet omnibus. Unde & saluator contumeliatus facto.cum scilicet percussus fuit in faciē.p̄cusso rem reprehendit dicens. Quid me cedis. Nec ei aliam maxillam obtulit p̄curiendam Joan. xix. Et hoc duplici ratione secundum Tho.vbi supra primo vt audatia contumeliantis comp̄/matur secundum illud prouer.xxvi. Responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi sapiens vi/deatur. Non tamen cū est in furore est arguen/dus sed ipso sedato nisi vtilitas cōmunis aliud exigat.secundo ne aliorum profectus impediat p̄ contumelias illatas. Unde Grego.sup Eze/chie. Quor vita in exemplo ē po. ita debēt si pos/sunt detrahentium sibi verba cōpescere. ne eorū

prediaationē nō audiant qui audire poterāt ⁊ in prauis moribꝫ remanētes bene viuere ꝯtēnant.

De satisfactione .§.v.

ꝑ contumeliis. Nota ꝙ dicit Umbertus in expositione regule ꝙ quilibet tenetur ad satisfaciēdum illi quem lesit verbo rixando vel ꝯtumeliādo et tenetur ad satisfaciendū cito scilicet. cū p̄t Sicut enī in restitutione qd̄ sine die certo debetur. omni die debetur. ita et hic. Unde apl'us ad Ephe. iiij. dicit Sol nō occidat sup̄ iracundiam vestram id est si contingat aliquem cōtumeliare ex ira anteq̄ transeat dies reconciliamini cuꝫ eo. Sed querit aliquis que sit ista satisfactio ad quā tenetur ille qui verbo alium lesit puta ꝯtumeliando vel irridēdo. et hmōi. Rñdeo triplex potest esse. Una est per verbum vt cum quis d̄ offensa veniam petit sicut fecit Augusti. scribēs Hieronimo dicens. Obsecro te ꝑ misericordiā Jesu christi si lesi te ignosce mihi Secūda est ꝑ corporis humiliationem. Sicut fecit Semey Dauid quē cōtumeliauerat. Dicitur enī secundo Regū. xix. ꝙ Semey prostrat⁹ corā rege dixit ad eum. Ne reputes mihi dñe iniquitatē neq̄ memineris iniquitatum serui tui. Tertia ē ꝑ obsequia Sicut Jacob voluit mumeribꝫ placare. Esau fratreꝫ suū Ro. xij. Si esuerit inimicus tuus ciba illum. Sed queritur vtrū teneat̄ quilibet offendens verbo ad omnes hmōi satisfactiones. Respondeo. Sicut ledens aliū in rebus non tenetur ei nisi ad certam quantitateꝫ rei restituende scd̄m qnātitatē damni vel in dubio ad arbitriū boni viri. Ita et offendens verbo nō tenetur ad omēs hmōi sed secundū quātitatem offense. qd̄ si offensus petit plus potest sibi sufficere satisfactio ad arbitrium boni viri. quāuis laudabile sit etiam plus debito facere ꝑ pace ꝓximoꝝ. Si tamen prelatus esset qui excessisset in verbis corrigendo subditum ex debito iusticie non debet petere veniam a subdito sꝫ domino deo. Ne dū nimiū seruatur humilitas regendi frangatur auctoritas vt dicit Aug. in regula. Potest etiam prelatus remittere iniuriaꝫ factam subdito suo ipsi iniurianti in ꝑsona vel verbis etiam contra voluntatem ipsius subditi iniuriati. ar. xij. q. i. Non dicatis in glo. Sed queritur. Si aliquis offendit aliquem verbo ī secreto et offensus querit satisfactionem sibi fieri in publico. Nūquid ad hoc tenetur offendēs vel econuerso si offendat quis verbo in publico et offendens vult satisfacere in oculto. Nunquid satisfaciet. Rñdeo ad primū. Nō tenet̄ nisi quod fuit factum in oculto fuisset publicatuꝫ sicut fur qui latenter accipit nō tenetur publice restituere. Ad secundum dico ꝙ nō sufficit. Argumentuꝫ in Paulo apl'o cui condemnato ad carcerem nō suffecit oculte liberari sed publice pecijt educi et dimitti. Itē siquis ꝯtumeliādo dicit culpam alicuius. et offensus non vult recipere satisfactionem a ledente nisi dicat se fuisse mentituꝫ. Respondeo. Si contumelians scit se dixisse veruꝫ. nō tenetur. nec ille debet hoc ab eo exigere. sed si scit vel credit non esse veruꝫ sed falsum vel incertum. quia debet etiam cū damno fame sue dicere se falsum dixisse. vel incertū aut dubium secundum ꝙ habet in conscīa sua potest cum hoc dicere aliqua aleuiantia culpaꝫ suam. puta ꝙ audierat vel ex ira dixerat. vl' tūc credebat. nūc autem nō credit illud esse verum si sic est. Non aūt debet dicere se fuisse mentitū si non fuit mentius sed falsum dixit. quia si tūc credebat. modo scit vel credit contrariū. h̄ omnia Umbertus.

¶ Capl'm septimū de rixa et bello multiplici.

Rixa filia est ire secundum Grego. xxxi. li. moral'. Et ex verbis Isidori in li. ethimologiarum potest haberi diffinitio eius. Dicit enī ꝙ rixosus est quasi ritu canino dictus. Semp̄ eī ad ꝯtradicendum est paratus. iurgio delectat̄ ⁊ ꝓuocat contendentem. Tamen vt dicit. b. Tho. secunda secunde. q. xli. arti. i. rixa nō nomīat simpliciter contentionem. sed tria que ponunt̄ ī verbis Isidori eius inordinationem declarāt Primo quidem ꝓmptitudinem animi ad contendendum. quod signat cum dicit. Semp̄ ad contradicenduꝫ paratus. s. siue alius bene siue male dicat aut faciat. Secundo quia ipsa ꝯtradictione delectatur. Unde sequitur. et in iurgio delectatur. Tertio quia ipse alios prouocat. ad contradictionem. Et ideo subdit ꝓuocat contendentem Est etiam rixa quoddam bellū particulare inter aliquos. Unde Jacob. iiij. Uñ bella ⁊ lites in vobis nonne ex ꝯcupiscentijs q̄ militant in mēbris vestris. bella idest rixe. et litigia. Nec est contra quod dictum est scilicet ꝙ oriat̄ rixa ex ira. et Jacobus dixit oriri ex concupiscentijs. Nam vt dicit. b. Tho. vbi supra arti. ij. omnes passiones irascibiles ex passionibus concupiscibilibus oriuntur. Et sic rixa que oritur ex ira oritur ex concupiscentia vt ex prima radice. Dissipa gentes que bella volunt dicit p̄s. ad dominū. lxvij. Belluꝫ vt dicitur in catholicon dicitur quasi bonum per antifrasim. sicut piscina q̄ caret pisce. Non enim est bonum sed malum. et multa mala oriuntur ex eo. In tantum autem potest esse bonum inquantum non voluntarie appetitur. ¶ Sed ex necessitate exercetur ad se

Capitulum septimū

defendendū debito mō. Et iō signanter ps. non dicit. Dissipa gentes q̄ bella uerunt. Multa .n. bella gesta sunt a sanctis viris dño iubente et p̄sperante. Ūñ ad Heb. xi. Sancti fortes facti sūt in bello castra verterūt exterorū. vt Iosue de quo Eccle. xlvi. fortis in bello Iesu naue ꝛc. Dz dissipat ait qui bella volūt q̄. s. bella delectabiliter suscipiunt ad nocendū alīs. Ubi nota q̄ triplex est bellum.

Primum bellum internale et angustiosum.
Scōm bellum priculare ⁊ rixosum.
Tertium bellum populare ⁊ piculosum.

De primo dicitur .§. I.

Eccle. iij. Tempus belli ⁊ tempus pacis. Deo oportet bellare ꝓtra vitia. ⁊ postea sequitur pax in mente. Et ps. lviij Obumbrasti sup̄ caput meum in die belli. i. in tp̄e q̄ bellaui ꝓtra vitia vmbra tue gratie vl̄ merito ⁊ memoria tue obscure passionis, pteristi me et tedisti refrigeriū. Deū. habeto pacē cū hoīb. bellū cū vitijs. Dicgre. Sciens ap̄s nobis iam nō vltra bella esse carnaliter p̄ agenda. sed aīe certamīe ꝓtra spūales aduersarios defendanda. velut magister militie p̄ceptū militibꝫ xp̄i dat dicens. Induite vos armaturam dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. xvij. q. i. Nisi bella. Nō aūt īchoandū sit illud bellū ondit Aug. in li. xxij. de ciui. dei. c. xxi. dicens. Cum aūt ventum fuerit ad etatem. qua homo p̄ceptum capit et subdi pōt legis imperio. suscipiendū est bellū ꝓtra vitia ⁊ gerendū aciter ne ad damnabilia pctā p̄ducant. Et siq̄dem nō victoriarū ꝓsuetudine roborata sūt facilius vincuntur et cedunt. Sin aūt vincere ⁊ ꝑ parare ꝓsueuerūt. s. vitia laboriosa difficultate supantur. nec id veraciter et sinceriter fit nisi delectatione iusticie. Dz aūt est in fide xp̄i. Quō bel laudum sit. docet idem Aug. in xxij. de ciui. dei c. xviij. dicens. In p̄liorum temptationibꝫ ꝓtra vitia periculisq̄ etiā iusti versantur. in quibus ne eis nos subdamus vigilijs continuis excubantes. ne opinio verisimilis falla. ne decipiat homo versutus. ne se tenebre alicui⁹ erroris effundant. ne quod bonum est malū aut q̄d malū est bonum esse credatur. ne ab his que agēda sūt metus reuocet. ne in ea que agenda sunt cupido precipiter. ne sup̄ iracundiam sol occidat. ne inimicitie ꝓuocent ad retributionē mali ꝑ malo. ne absorbeat inhonesta vel immoderata tristicia. ne in priendoꝝ beneficiorū ingerat mens ingrata torporem. ne maledicis rumoribus cōscia bona fatigetur ne temeraria suspicio nīa decipiat ne aliena de nobis falsa nos frangat. ne regnet pctūm in nostro mortali corpe ad obediendum desideriis eius. nec mēbra nīa exhibeant arma iniq̄tatis pctō. ne oculꝰ seq̄t concupiscia. ne vīdicandi cupiditas vincat ne in eo q̄d male ō lectat. vel visio vl̄ cogitatio remoreť. ne impbuz aut indecens ō audiat. ne fiat q̄d nō licet etiam si libet. Nec in hoc bello laborū ꝑiculoꝝq̄ plenissimo vel de viribꝫ nostris sp̄eť facienda victoria vel viribus nostris facta tribuat sed ei⁹ gr̄a ō qua dicit ap̄s. Gr̄as aūt deo q̄ dat nobis victoriā ꝑ Iesum xp̄m dñm nr̄m. Et alibi in oīb⁹ his supam⁹ ꝓpter deū q̄ dilexit nos hec oīa ille Quia g̃ista bella sunt piculosa. iō nō appetenda. ß ēgtū in nobis ē vitanda fugiendo occasiones temptationū. Qui aūt nō vitāt occasiones sed ingerunt se eis illi quasi volunt bella ⁊ rixas vitioꝝ ō bis dicit ps. Dissipa gētes q̄ bella volunt. Et ponit dissipa ꝑ dissipabis fm morem prophetic̄ū. i. destrues vt. s. vincant. Qui ei amat piculū. incidet in illud vt dicit. Eccl. iij.

Secundū bellū .§. II.

est rixa de qua principaliter intendit Iaco. iiij. Belligeratis. s. faciendo rixas. et non potestis adipisci sc̄z quod cupitis. Clarius ei enim euentus belli vt dicitur. ij. Reg. xi. Qui enim ꝛiratur cum altero intendit supare et ipse supatur sepe et pcutitur. et nō vitandum est. Ūñ cū pastores Loth rixati sunt cū pastoribꝫ Abrahe ꝓpter greges multos pecorū quos habebant. Ald hāc tollendam dixit Abrahā. Ne queso sit iurgiū inter me et te. et pastores meos et tuos. sep̄erem⁹ nos ab inuicem Si tu ieris ad dextraz ꝛc. Deū. xiij De ipso autem bello rixe tria videnda sunt

Eius ortum.
Eius actum.
Eius nocumentum.

Oritur principaliter rixa ex ira. Unde dicitur puer. xv. Vir iracundus prouocat rixas. Hoc autem sic declarat. b. Tho. secūdā secunde. q. xli. arti. ij. Rixa importat quandaz contradictionē vsq̄ ad facta prouenientem dum virus alteruz ledere molitur. Dupliciter autem vnus aliam ledere intendit. Uno modo quasi intendens absolute malum eius et talis lesio ptinet ad actū odij cuius intentio est ad ledendum inimicum vel in manifesto vel in occulto. Unde et aliquādo rixa ex odio oritur propter quod dicitur. prouer. x. Odium suscitat rixas. Non tamen rixa ē proprius effectus odij. quia preter intentionem odientis est q̄ rixose et in manifesto ledat. Alio modo aliquis intendit alium ledere eo sciente et repugnante quod importatur noīe rixe. Et b ꝓprie pertinet ad iram que est appetit⁹ vindicte Non autem sufficit irato q̄ latenter noceat ei ꝓtra quē irascitur sed vult q̄ ipse sentiat. et q̄ cōtra voluntatē suā aliquid patiat in vindictā ei⁹ q̄d fecit. Procedit etiā aliq̄n ex supbia vl̄ inanis gloria. nō tñ directe ꝛ occasionaliter inquantū

monū p̄ ꝫsilio ⁊ auxilio. Nota q; nullo mō hoc est licitū nec exp̄sse nec tacite. Et hoc duplici rōe Primo q; ibi fit pactū cū ipo p ipam inuocationē hoc aūt reprehendit'. Vñ ⁊ra quosdā dr̄ dixisti p̄cussimus fedus cū morte ⁊ cuz inferno fecimus pactū. Secdo q; ⁊ si dyabolus aliq̄ in talibus respōsis vera p̄nūciat. tñ nō intēdit nisi p̄dictōez hoīm finalit'. vt. s. p illa vera q̄ dicit inducat hoīes ad assuefaciendū se vt ei credāt ⁊. aliq̄d falsuz vl' nociuū ꝫponat. Et ꝫpterea xp̄s demones dicētes illā magnā deitatē. Quia tu es xp̄s filius dei iussit silere. vt doceret nos nō inqrere deitatē a dyabolo nec multū curare q̄ ipam ex se enunciat p̄cipue cū habeam' testimoniū scripturaruz cui magꝫ credendū ē. Et dyabolo captini tenent' q̄ relicto creatoze dyaboli auxilia querunt. xxvi. q. v. epi. Faciendū tñ q; aliud est nunciare demonē ad aliquid faciendū vel agendū ab eo q̄ nunq; licet Aliud est ab ipo nō inuocato occurrente aliquid inquirere ꝫpter vtilitatē alioz̄. ⁊ maxime quando veritate diuina pōt cogi ad dicendum aliq̄ ⁊ra. sicut aliquando fecerūt sancti.

De astronōia .§.VI.

seu mathematica que ptinet ad scām genus diuinatōis p quā quis ex cōsideratōe astroz̄ p̄cognoscit vel p̄nunciat futuros euētus. Sciendū ergo q; ex cōsideratōe corpoz̄ celestiū seu cōstellationū pōt quis velle p̄cognoscere triplex effectuū genus. Primo naturales qui subdunt' dispositioni stellaz̄ ⁊ causant' ab eis. sicut eclipsatio sol' siccitates. pluuie ⁊ huiusmōi. Et tales euent' p̄cognoscere vel p̄nunciare ex cōsideratōe astrorum nō est superstitiosum ꝫ ptinet ad sciam astrologie. Secdo effectus fortuitos. vt q; aliquis fodiendo debeat inuenire thesauz̄ vel eundo debeat cadere lapis sup eū. vel occidi morte violenta. ⁊ huiusmōi. Et tales euent' p̄cognoscere velle vl' p̄nunciare ex cōsideratione cōstellationū est vanū ⁊ superstitiosuz. q; ⁊ tus corpoz̄ celestiū cū sit naturalis est determinata ad vnū effectū ꝓducendū cū natura vnū intendat. Illi aūt effectus possunt euenire ⁊ nō euenire. ⁊ vt in pluribus ⁊ raro eueniunt. Tercō effectus seu actus p̄cedētes ex libero arbitrio hoīs. ⁊ hos velle p̄cognoscere ex cōstellationib; est superstitiosuz ⁊ falsum plerunq; ⁊ rōnē quia liberū arbitriū facultas voluntatis ⁊ rōnis ē Ratio aūt ⁊ voluntas nō sunt corpus nec actus seu potentie affixe organis corporeis. vñ cum res corporea nō possit imprimere in rē incorpoream ipossibile est q; actus humani subdant' dispositioni corpoz̄ celestiū de necessitate. ita q; sint eāe ipoz̄ ꝫ se. ꝫ dispositiue possunt inclinare influentie corpoz̄ celestiū ad actus. Nam ipa corpa celestia imprimūt in corpus humanū. ⁊ p̄sequens in potentias sensitiuas que sunt affixe corporeis organis Vires aūt sensitiue vbi surgūt passiones inclinat ad actus rōem. nō tñ cogūt. Sed q; apte nate sunt potētie sensitiue subiici imperio rōnis. iō remanet homo liber ad agendū vel nō agendum ea etiā ad que inclinaret sensualitas ex influētia cōstellationū. T.h.o. ij. q. xcv. Vñ ⁊ ptholome' maxim' astrologus dixit. q; vir sapiens dñabit astris. i. passionib; ⁊ victis ad que ex cōstellationibus esset inclinatus ⁊ hoc vrendo rōne Aug. etiā de ciui. dei li. v. dicit q; nō vsq; quaq; absurde dici pōt ad vtias corpoz̄ valere afflatus quosdam sidereos. nō aūt voluntates animi sidez̄ positionibus subdi. ⁊ ibi tractat istaz̄ materiā. ostendens p̄ rōnes ⁊ exempla falsitatem ecz̄ qui ex cōstellatione sub qua quis est natus volunt p̄nunciare eius conuersationem ⁊ mores. Hoc autem eē p̄hibitum ostendit Augu. xxvi. q. iiij. Igitur. Unde ⁊ mortale est ar. de p̄ni. di. ij. Si enim.

De diuinatōe .§.VII.

p̄sōnia. Nota q; duplex ē cā sōnioz̄. s. intrinseca ⁊

extrinseca. Intrinseca ē duplex. s. aīalis ⁊ corpalis Causa aīalis somniorū ē cū fantasie dormientis repsentant ea circa que īmorata ē cogitatio ⁊ affectatio eius in vigilando Et talis cā somniorū futurorū euentuū nō pōt esse cā. Et q aliqñ concurrant ipsi euentus cū somnijs hoc erit a casu. ⁊ p accīs. Cā intrinseca corpalis in q̄tuz ex dispositione corpis fit motus aliquis in fantasia dormientis p formis dispositioni corpali. puta ille in quo abundāt humores frigidi in corpe sōniabit q sit in niue vl aqua. ⁊ in quo abundat colera. q volet ⁊ hmōi. Cū ⁊ medici dicūt cē intendendū somnijs infirmorū ad cognoscendū dispositionem interiorē infirmi. Cā igit hmōi sōniorū pot esse cā futurorū euentū q occurrūt cū sōnijs. Cā extrinseca etiā est duplex. i. corpal' ⁊ spiritualis. Corpalis q̄dem in q̄tū imitat imaginatio dormientis ab aere ptinenti vl corpib⁹ celestiū impssione. vt sic dormiēti aliqe fantasie appareant p formes celestium dispositioni. Et q vt dictum est virtus astrorū nō ē cā p se humanorū actuū, pcedentiū ex libero arbitrio nec casuū fortuitorū. iō euēt⁹ hmōi nō pñt pcedere ex tali cā somniorū cā extrinseca spūalis ē duplex q̄ vl est a deo q̄ mīsterio angelorū aliqua facit. ⁊ revelat in somnis hoīb⁹ ⁊ hoc ptinet ad ꝓphetiā Vel est a diabolo cui⁹ opatione aliqe fantasie dormiētibus apparent ex quib⁹ q̄ñq̄ futura quedā revelat his qui hñt pactū cū ipso. Cū igit somnia q̄ñq̄ sint signa futurorū euentuū inquantū reducunt ad aliq̄ cōiem cām somnijs et futuris euētibus pñt pcognitiones futurorū ex somnijs fieri Et si q̄s vtat somnijs ad pcognoscendū aliq̄ futura. fm q somnia, pcedūt ex diuina revelatōne vel ex cā naturali intrinseca seu extrinseca q̄tuz se pōt virt⁹ talis cause extendere nō erit illicita diuinatio vt si medicus ex somnijs infirmis p nunciet de aliquo euentu infirmitatis ꝓcedēte ex cā illius somnij. Et si q̄s vtat somnijs ad pcognoscēdum futura, put causant somnia ex diabolo vel etiā ex cā naturali intrinseca. vl extrinseca velit pcognoscere vl pnunciare futuros euētus ad quos se nō pōt extendere virt⁹ illi⁹ cause somnij erit superstitiosus ⁊ opatio diaboli ibi se īgerit. Cū si q̄s somniat aliquid ex eo q multū cogitatio eius morata ē circa illud. vel somniat aliqid ptinens ad casus fortuitos. vt q inueniat thesaur⁹ vel q occidat' a aliquo vel aliqē actū pcedentē ex libero arbitrio cū cā somniorū naturalis nō possit eē cā hor⁹ iō ex hmōi sōnijs pcognoscere futura vl pnūciare ē superstitiosū. ⁊ bi⁹ observatio phibet Deut. xviij. nō inueniat in te q̄ obſuet somnia. ⁊. xxvi. q. vij. nō observetis.

De augurijs .§. VIII.

que ptinent ad secundā spēm superstitionis ⁊ p hibent. Deutero. xviij. Nō inueniat' i te q̄ observet auguria. Et large sumēdo fit multis modis pcipue tū dū ex p̄sideratione motuū vel vocū auium, vel quorūcunq̄ aīaliū. vl sternutationes hoīm. vel saltum mēbrorū vult hō pcognoscere futuros euentus fortunos vl infortunos. vel cū ex cōsideratione verborū alic⁹ alia intentione dictorum aliquis retorquet ad futura q̄ vult pnoscere. ⁊ dr istud omen. vel cū ex lineamētis manus p̄sideratis vel figuris inspectis in spatula aīalis vult pcognoscere futura. et dicit chiromantia p mū scōm spatulamātia. Sciendū igit fm Tho. se. se. q. lxxxv. q oīs pcognitio futurorū si extendatur vltra id ad qđ illud. vñ sumit, talis pcognitio pōt pringere fm ordinē nature vl diuine, puidentie erit superstitiosū. Augur⁹ aūt vel garritus auiū vel alie dispositiones in hui⁹ p̄sideratē nō sūt cā futurorū euētuū. Cū cū futura nō possint in eis pcognosci sicut ex cāis oportz q si aliqua in eis pcognoscant hoc sit in q̄tuz horum mot⁹ vl voces vel dispositiones sunt effect⁹ aliquarū cārū q̄ sunt cāntes vel ēt pcognoscentes futuros euētus. Notandū igit q instinct⁹ naturalis mouēt bruta ad suas opationes cāri pōt ex duplici cā. Uno mō ex cā corpali. Cū. n. bruta nō habeant nisi aīam sensitiuā cui⁹ oēs potentie sunt actus corpaliū organorū subiacet eor⁹ aīa dispositioni ptinentiū corpū. ⁊ pmordialiter celestiū. ⁊ ideo nihil phibet aliqs eorū opationes eē futurorū euētuū signa inq̄tū p formant dispositionib⁹ corporū celestiū ⁊ aeris ptinentis ex q̄b⁹ pueniūt tales futuri euent⁹. Et in hoc sūt duo p̄sideranda Primū q hmōi opatōes nō extendant' nisi ad pcognoscenda illa futura q causant' p mot⁹ celestium corpor⁹. Scōm ē vt nō extēdant nisi ad ea q aliqliter pñt ad hmōi aīalia ptinere. Cōsecunt'. n. p celestia corpa cognitionē quandā naturalē et instinctū ad ea q eor⁹ vite sunt necia. sicut sūt mutationes q̄ fiūt p vētos pluuias ⁊ hi⁹. Alios euent⁹ q̄tuz hmōi velle ex motu vel garritu aīaliū pcognoscere vt casus fortuitos ⁊ act⁹ hoīm ptinet ad superstitionē. alio mō instinct⁹ horū cātur a cā spūali. ⁊ hoc vel ex deo. vt patet ex colūba super xp̄m descendente. ⁊ in coruo Helię pascente ⁊ cete Jonā pringēte. vel ex demone q̄ vtit opatōnibus brutor⁹ ad īplicandū hoīes vanis opinionibus. Eadē rō videt' eē d oīb⁹ aliqs hui⁹ p̄ter quā de hoīb⁹. q⁹ verba hūana q̄ accipiunt' p omie nō subdunt' dispositioni corpuz celestiū ꝑ disponūtur fm diuinā puidentiā Et q̄tuz fm opationes demonū. Q aūt Joseph dixit p dispensatorē suum q nō esset similis ei in augurandi scia fm Augu. locut⁹ ē ioco nō serio xxv. q. ij. Ideo dr. Et forte hoc referens ad opinionē vulgi q̄ sic credebat de eo. Tho. Auguria, phibent' xxvi. q. iiij. p totū ⁊ spāliter xxvi. q. v. in. c. Augurijs, de mūs

modis augurioꝝ hẽs. xxvi. q. vij. c. i. Ad oẽm ptinet qꝫ Gedeon obseruauit recitationẽ somuꝫ et expositionẽ. sed ꝗsi ordinata a diuina ꝓuidẽtia. Et sic Eliazer verba Rebecce obseruauit, p omine accipiens. Tho. vbi supra. Augu. xxvi. q. iiij. Sciendũ oñdit qꝫ dẽmones futura ꝓtingentia cognoscunt aliqũ ꝑ ꝓiecturas. Et hoc multipliciter. prim ex subtilitate nature ⁊ acumĩe intellectus partim ex longa experientia que est mgra rerũ. Aliqñ ẽt ex ꝓnũciatis a ꝓphetis. Aliqñ ꝓdicunt que ipsi sunt facturi. Cogitationes etiã hoĩm ex signis exterioribꝫ in corpe aliqñ ꝓuidẽt

De sortibus quod. §. ix

est tertiũ genus diuinationis. ⁊ ꝫ fit cũ aliqꝺ serio fit ab hoĩbꝫ, vt eius euentu ꝓsiderato inde aliquid occultũ innotescat. vt vel ꝗd alicui exhibẽ dũ, vt in sorte diuisoria, vl̃. ꝗd agendũ. vt ĩ sorte ꝓsultoria seu quid futurꝫ. et dicit sors diuinatoria. ⁊ fit multipliciter. qꝫ ꝑ ptractionẽ puncto rum vel ꝓsiderationẽ figuraꝝ ꝗ ꝓueniunt ex plumbo liquefacto in aqua ꝓiecto, vel ex ꝗbusdam cedulis scriptis in oculto repositis ꝓsiderãdo quis quã accipiat. vel ex festucis inequalibꝫ quisquã accipiat minorẽ vl̃ maiorẽ, vl̃ ex ꝓiectione tarillorũ quis plura pũcta ꝓiciat. vel etiaꝫ ꝓsiderando ꝗd apiendo librũ occurrat. ⁊ hmõi Euentus aũt sortiũ põt expectari a triplici cã qꝫ ex dispositione corporũ celestiũ, vel ex fortuna vel ex cã spũali. Si aũt expectet a dispositione celestium. ita qꝫ ea intentione fiant ꝗsi actus humani qui requirunt ad sortes ꝑm dispositionẽ stellarũ sortiant effectũ ẽ opinio falsa et ꝓsequẽs suggestione demonũ ⁊ sic est superstitio. Si aut̃ expectet euẽtus sortiũ ex fortuna. qꝺ videt habere locũ in sorte diuisoria. nõ videt habere vitiuꝫ nisi forte vitium vanitatis. Sicut si aliqui nõ valẽtes aliquid ꝓcorditer diuidere velint vti sortibus ad diuisionẽ quasi fortune exponentes ꝗs quã ptẽ accipiat. Si vero expectetur euentꝰ a cã spũali. hoc ẽ dupliciter qꝫ vel a diabolo vel a dẽo Si a diabolo superstitiosũ est et illicitũ et hmõi sortes sunt qui ꝓhibentur ꝓ canones. Vñ Leo papa Sortes ꝗbꝫ cũcta vestris discriminatis, quintꝰ quas patres vãnauerũt nil aliud ꝫ diuinationes et maleficia decernim⁹. xxvi. q. v. Sortes. et est mortale. qꝫ ꝓhibentur in. d. c. sub pena excõis Et qꝫ ĩstitute sũt ab aplis quedã sortes ꝗbꝫ aliꝗ vtuntur falsum ẽ. qꝫ a diabolo inuente sunt. vt dicit. xxvi. q. i. c. i. Si aũt expectet eaꝫ euẽtꝰ a dẽo et rũc ꝑm se nõ est malũ vti hmõi. Et de hijs intelligit illud Aug. xxvi. q. i. Sors nõ ẽ aliqd mali ſz in re dubia diuinã indicans voluntatẽ. Et tales fuerũt sortes ꝗbꝫ vsi fuerũt pres. vt Josue in deprehensione Achor ꝺ furto. Josue. vij. Saul in deprehensione Jonathe supersu. i. Regũ. xiiij. Et Jonas ⁊ Zacharias sorte extit vt incensum poneret. Luc. i et Mathias sorte electus. Actu. i Põt tñ in sortibus, hmõi peccatũ quadruplicit reperiri. Prio si absqꝫ vlla necessitate ad sortes recurratur. hoc. n. videtur ptinere ad temptationem dei. Secundo si in necessitate sed absqꝫ reuerentia vnde et dicit Beda. apl̃i pmiserũt orationem in electione Mathie p sortẽ. Tertio si diuina oracula, s. sortiuꝫ ab secularia negocia. ⁊ vanitatem hmõi vite quertant̃ ꝑm Aug. xxvi q. vij. Hi qui. Quarto si in electionibꝫ eccliasticꝫ que fieri debent ex inspiratione spũssancti aliꝗ sortibus vtantur. Secus aũt est in secularibus dignitatibꝫ que ad terrena disponenda ordinantur. in quarum electione plures vtuntur sortibus sicut, et in tempoaliũ rerũ diuisione. et vulgariter dicuntur scrutinia. Alias ĩminente necessitate licitum est diuinũ iudiciũ ĩplorare sortibus cum reuerentia Et ponit Aug. exemplũ. cum tpe ꝓsecutionis esset disceptatio inter ministros dei qui debebant fugere ne omnes occidantur. et sic eccia deseratur. et qui remanerent ad consolationem aliorum si nõ põt alio modo determinari dicit in huiꝰ posse vti sortibꝫ. Tho. ꝑ totum secunda secunde. q. lxxv. Ad sortem etiam ptinet vulgaris purgatio. s. ꝑ iudiciuꝫ ferri candentis vel aque bulientis. vnde ⁊ ꝓhibet̃ ij. q. iiij. Consuluisti. Tho. Gratianus. xxvi. q. i §. His ita. Dicit in veteri testamento fuisse permissas sortes. sed ⁊ tpe gratie tanꝗꝫ ꝓfectioris status, ꝓhibitas. et ne sub hac spẽ diuinationis homines ad alium cultum idolatrie transirẽt. De sorte Mathie dicit Dio. qꝺ fuit quidam radius celitus immissus sup Mathiam ad ipsius electionem.

De obseruantia .§. x.

que est aliud genus superstitionis. et primo de arte notoria in qua fiunt quedam ieiunia ⁊ oratones cum quibusdam obseruantijs vanis ad acquirendum scientiam. de qua dicit. Tho. secunda secunde. q. xcvi. qꝫ est illicita ⁊ ĩefficax. rõ ꝙre est illicita est quia vtitur quibusdam ad scientiam acquirendam que nõ habent secunduꝫ se virtutem causandi scientiam. sicut inspectione ꝙruudam figurarum. et ꝓlatione quorundam ignotorum verboꝝ et alijs hmõi. Et ideo huiꝰ ars non vtitur bis vt causis. sed vt signis. non autem vt signis diuinitus institutis. sicut sunt sacramẽtalia signa. vnꝺ relinquitur qꝫ sint superstitiosa signa. et per consequens ꝓtinentia ad pacta cum demonibꝫ. que vt alie nugatorie artes noxie superstitiõis repudiande sunt scõm. Augu. xxvi q. ij. Illud et est mortale. Est etiã ineffax ad acquirendũ sciam. ⁊ rõ est qꝫ 'et ꝑ hmõi cum non attẽdat̃ acquisitio scie per modũ hoĩ ꝓnaturalẽ

scz.adinueniendo vel addiscendo.ꝓñs est ꝙ iste effectus expectetur vel a deo vel a diabolo.non a deo põt dici ꝙ expectetur.qꝛ et si aliquib de⁹ dederit sciam ⁊ sapientiam ꝑ infusionem vt Salomoni et aplis.nõ hoc facit cũ certa obꝛuatõe nec quibuscũqꝫ.scz diuidit singulis ꝓut vult.i.Cor. xij. Si expectaꝛ a diabolo acquisitõ scie ꝑ hmõi artem.Tũc cũ acquisitio scientie fiat ꝑ illuminationem intellectus,⁊ ad demonẽ nõ ꝑtineat intellectum illuminare seqnit̃ ꝙ nunqꝫ aliquis ꝑ demones sciam acquisiuit. Nõ etiam vī dicere Porphirius ⁊ refert Aug.in.xix.de ci.dei. Pñt tamen demones hominibus loquentes exprimere aliqua scientiarum documenta. Sed hoc nõ queritur ꝑ artem notoriam.

De obseruantia .ℌ.xi.

Per incantationes et alique fiunt ad cãndũ sanitatem.Circa qđ dicit Tho.se.se.q.lxxxvi.ꝙ in his q̃ fiunt ad aliqs effectus inducendos ꝓsiderandũ ẽ si illa hñt vel putanꝫ hãe virtutẽ naturalem ad ꝓducendũ illos effectꝰ.⁊ tũc nõ erit superstitiosum nec illicitũ vti talib cãis.puta si ꝗs teneat sup se ꝓspidem ꝑ restrictione sanguinis ⁊ hmõi. Si aũt nõ videaꝛ ꝙ illa possint naturaliter illos effectus cãre,ß ꝑ adiunctõez aliquoꝛ caracteroꝛ,vel nominũ ignotoꝛ vl alic⁹ vane obseruantie expectaꝛ ille effectus.erit superstitiosuz ⁊ illicitũ. Vñ Aug.dicit. Ad gen⁹ superstitiõis ꝑtinent oĩa remedia que medicoꝛ disciplina ꝓdẽnat.siue in incantationib.siue in quibuscũqꝫ votis.ꝗs caracteres vocant.xxvi.q.ũ. Illud .et nota ꝙ dicit Tho.ꝙ hoies i hmõi.obseruatõib aliq̃d veri expti sint a casu fuit. Sz postmoduz cũ hoies hmõi obseruantijs aĩm implicant.multa ꝑ hmõi obseruationes eueniũt ꝑ deceptionẽ diaboli vt his obseruãtijs ĩplicati curiosioꝛes fiant.⁊ sic multipliciter illaqueent.ꝛm Aug.xxvi q.v. Nec mirũ.Et sũt reliquie paganoꝛ.Quãuis ergo etiã efficatiã hẽrent.nõ tñ ꝛz facere qꝛ opere demonũ fiũt.xxvi.q.ij. Illud colligere tam medicinalẽ hẽrbã cũ simbolo,vl oꝛõne dñica ex deuotione sine alia superstitione,⁊ ea vti nõ reprobatur.vt.xxvi.q.v.nõ liceat ꝛm Rai. De incantatoribꝰ dicit.Guil.ꝙ si nil superstitiosũ dicũt vel docent vl facunt,ß tñ vtunt licitꝫ ꝑcibꝰ ⁊ adiurationib.sicut ꝑ passionẽ et crucẽ xp̃i.⁊ hmõi nõ credo ꝙ peccent mortaliter,nisi fecerint hec post ꝓhibitionẽ eccie eis factã. Sz credo ꝙ sunt ꝓhibendi viri ⁊ mulieres a talib.qꝛ multa inutilia solent admiscere ⁊ superstitiosa,nisi forte sit sacerdos vel religiosus ⁊ discretus.aũt etiã laic⁹ excellentis vite.qui fusa oꝛõne licita sup infirmũ manũ imponat. Sed si exemplo eoꝛ timeatur ꝙ alij superstitiosi carminationis sibi sumãt abusum forte etiã deberent a talib abstinere.iuꝛta illud. Ab omni spẽ mala abstinete vos extra de vi.⁊ hone.cle. Cũ ab omni

De incantationi.ℌ.xii.

bus. Serpentũ vl alioꝛ aialiũ dicit. Tho.ꝙ si habeaꝫ respectus ꝓpise ad verba sacra ⁊ virtutez diuinã nõ erit illicitũ si nõ ĩmiscenꝫ cũ ꝓbis sacris alique vane obseruationes,qꝛ tũc illicitum Et nota,ꝙ hi q̃ vtunꝫ hmõi incantatõib⁹ vl hebuib superstitiosis ⁊ si forte excusenꝫ a mortali.cũ ista faciunt simpliciter putãdo forc licita,cũ ibi nõ apparet manifeste inuocatio demonũ vel pactio cũ demone vel adoratio creature,nec audierunt esse ꝓhibita.Tñ illi q̃ audierũt hꝰ esse illicita ⁊ ꝓhibita a ꝓdicatoribꝰ vel ꝓfessoribꝰ vel a discretis ꝑsonis,⁊ eis vtunꝫ nõ vī ꝙ possint excusari a mortali cũ sint ꝛra reuerentiã diuini cultus ⁊ faciant sciẽter.ar.viij.di.c.ꝓsuetudo.ℌ. Sz nosci. Et idẽ de ꝓsulentibꝰ ⁊ ꝓmittentibꝰ quoꝛ interest,ꝓhibere.ij.q.i. Notũ Quedã alie incãtationes fiunt ad nocumentũ hoĩm vt ꝙ aliqs paulatim ꝓsumaꝫ.vl qđ nõ possit cognoscere vꝛoꝛ⁊ hmõi et hꝛ incantationes dicũꝫ maleficia,vt dicit Aug.ꝙ turbant mentes hoĩm minus ꝓfidentiũ in deo.⁊ sine veneni haustu violentia tantũ carminis interimũt.xxvi.q.v. Nec mirũ. Dicunꝫ etiam hi querere hoies maleficijs suis in bestias non tñ rei veritate ß vel ludificatione demonũ. vt faciant hoies bestias videri.vl fictione poetica ß referunꝫ. Tales aũt vltra mortale ⁊ grauissimũ secundũ leges morte puniunꝫ,scdm canones debet eis negari cõio ac etiã eisci de ꝓchijs et alijs modis puniri scdm Ray.

De obseruãtia .ℌ.xiii.

circa brevia et ad iurationes dicit Tho.se.se.lxxxxvi.esse cauendũ ꝙ nõ repiaꝫ in eis aliquid hoꝛ. Primo vt nõ sit ibi aliquid ꝓtineus ad inuocationẽ demonũ.qꝛ sic esset superstitiosuz. Secundo vt nõ ꝓtineat noĩa ignota.ne sub illis aliquid lateat illicitũ. Tertio ne aliquid falsitatis contineat,qꝛ sic eius effect⁹ nõ posset expectari a deo qui nõ est testis falsitatis. Quarto cauendũ ne cũ verbis sacris ꝓtineanꝫ aliqua vana puta caracteres scripti et hmõi signa ꝓter signũ crucis. Quinto vt spes nõ ponaꝫ in mõ scribendi aut ligendi.puta ꝙ scribatur in charta virginea.vel in oꝛtu solis.vl dũ legit euangeliũ vel ꝙ oz ligari cũ tot filis vel appendi ꝑ virginẽ hoĩem vel ꝙ nullus dz videri ⁊ hmõi vanitatibus que ad dei reuerentiã nõ ꝓtinent qꝛ illicita essent et superstitiosa.ar.xxvi.q.v. Nõ lz.⁊.q.ij.c. Illud.vbi dicit Aug.ꝙ ad superstitionẽ ꝓtinent omnes ligature et remedia.que medicoꝛum disciplina condemnat in quibuscumqꝫ rebus suspendendis atqꝫ ligandis. Dicit etiã Guil.qđ

illa breuia q̄ ptinēt hmōi. Si q̄s portauerit hoc non peribit in igne vel aqua · non morietur. morte subitanea. vel consequetur tale bonum. talia sunt reꝓbanda. nō portanda. Et peccant faciētes ⁊ vtentes. ⁊ ꝓsulentes. ⁊ vendētes nisi forte fuerint adeo simplices q̄ ignorantia debeat eos excusare cū in hmōi nō fuerūt edocti Et ō hīs itelligo dictū Ereg. xxvi. q. v. Si quis ariolos. aut incantatores obseruauerit aut philacteꝛ̄s vsus fuerit anathema sit. philacteria dicuntur cedule. De portantibꝫ aūt reliquias ad collū dicit Tho. vbi supra q̄ si ꝑ fit ex reuerētia dei ⁊ sanctoꝝ in quibꝫ hīt fidutiā nō adiūcta aliq̄ vanitate licitū est de se. Ex si addat aliqua obſuantia vt quod vas eat oz esse triangulare. ⁊ hmōi superstitiosuz erit ⁊ malum.

De obseruātia. §. XIIII.

tempoꝝ vel dierū. Nota q̄ si obseruet tps vel dies ad aliq̄d faciendū vel dimittendū ex cā naturali. puta cauet q̄s sibi a sūptione medicine vel minutione in fine lunar̄. arbores etiā incidit vl̄ plantat ꝓpter dispositionē lune q̄ multū opat̄ in illa inferioꝛa nō est superstitiosuz nec illicitū. Sed si nō mouet aliq̄ cā naturali ꝑ falsa opione q̄ putat aliquos dies fortūatos ⁊ alios infortunatos superstitiosū ē ⁊ friuolū. vt si q̄s vtat herbis collectis in mane Ascēsionis. vl̄ balneat se i nocte natiuitat̄. b. Ioa. bap. vl̄ in calēdis nō vult aliq̄d dare. ⁊ hmōi oīa sūt vana. Vñ Aug. xxvi. q. vii. sic ait. Nō obseruet̄ dies q̄ dicūt egyptiaci. aut cal̄. ianuarij i q̄bꝫ cātilene q̄dā ⁊ cōmestatōes ⁊ ad inuicē dona donant q̄ i pricipio āni boni fati augurio. aut aliq̄s mēses aut tp̄a. aut dies. aut annos. q̄ q̄ bas aut q̄scūq̄ diuinationes aut fata aut auguria obſuat aut attēdit. aut ꝓsentit obſuantibꝫ inutiliter ⁊ sine cā magis ad sui dānatōnem q̄ salutē tendit. Vñ apls. Dies obſuatis ⁊ menses ⁊ annos timeo ne forte sine cā laborauerim i vobis. Gal. iiij. Nota ꝓm Nico. de lira. dicunt dies egyptiaci vl̄ q̄ illis diebꝫ fuit ꝓcussa egyptus ⁊ plagata. vl̄q̄ egyptij primo inuenerūt tales dies cauēdos tanq̄ infaustos. De inuestigatione rer̄ ꝓditar̄ ꝓ inspectōz astrolabij q̄ꝫ aliquis dicat licitū si fiat absq̄ superstitōe. tñ Dosti. Guil. ⁊ Gof. dicūt simplr̄ oppositū. s. q̄nūq̄ ē licitum extra eo. Ex tuarum.

De quibusdam. §. xv.

alijs superstitionibꝫ et primo de mulieribꝫ credētibus se cū Diana vel Herodiade nocturnis horis equitare vel se in alias creaturas transformari. vt dicit de his q̄ vulgariter dicunt strige vl̄ ianuatice. Dicit ꝛciliū aquil̄. q̄ hec fiūt illusiōe diabolica · Sathanas · n. diuersas formas ⁊ similitudines creaturar̄ ꝛepsentat fantasie dormiētis q̄ hmōi sectat̄. ⁊ sic illudit vt videat̄ illi eē in corpe vigilantis q̄ ō est in spū. i. fantasia dormiētis. xxvi. q. v. Epi vbi in fi. c. dr̄. Qui credit vl̄ asserit posse fieri aliquā creaturā aut ī melꝰ deteriusue imutari aut transformari i aliā spēm vl̄ similitudinē q̄ꝫ a deo creatore infidelis ē. ⁊ dicit glo. Guil. ꝑ oꝛ̄ ē postq̄ audiunt q̄s sup hmōi vitatē ꝛcredit hec. ⁊ q̄ pinaciter asseruerit. tunc ē mortale. Nota ō fasciatōne puloꝝ dicit Be. de thara. sup epl̄as Pauli. q̄ fascinare duplr̄ intelligitur vno mō ꝓ ludificare. cū. s. arte magica nō videt res q̄ est añ oculos. Alio mō malo oc̄lo alic̄ inspici ⁊ inde ledi. Sūt. n. aliq̄ q̄ hīt oc̄los vrētes. q̄ respiciētes pulos teneros ledūt ita vt cibuz ex stomacho eiciant ⁊ nauseā patiant. Et ꝑ ꝑm naturā possibile ē. Aia. n. vehemēter affecta imutat oculū oculus imutat̄ imutat aerem aer aūt imutat tenerā carnē pueri ⁊ sic ledit vt cibū euomat. primū in faciēte mortale ē. in patiente nullum. secundū in agēte pc̄tm nō est eq̄ naturale ē nisi studiose fieret ad nocendū. Nō tñ facienda ē aliq̄ incātatio vel superstitio ad hoc remouendū vt faciūt mulieres ⁊ frequēter. ſ De illis vo clericis qui altaria induūt lugubribꝫ vestibꝫ vel cōsueta lumiaria extinguūt ⁊ hmōi si faciāt hoc ad impēcandū alicui malū ꝓpter priuatū odiū mortaliter peccant. Et silr̄ si dicūt vel dicere faciunt missaz ō requiē ꝓ psona viua vt moriat̄. Sz si fiant ad hūliatōnē pr̄ dicta. s. vestire altaria vestibꝫ lugubribꝫ vel ēt expoliare. nō ē ꝓhibitū. xxvi. q. v. Quicūq̄ De sacrificantibꝫ deo nūmoꝝ s. māmona vt diuites fiāt ⁊ de faciēbꝫ sortilegia aqua baptismi vel oleo sancto. vl̄ crismate. dicit Guil. q̄ talia sunt enormia ꝓpter idolatriā ⁊ ꝓ enormē superstitionē nō tñ ꝑcise dicendū ē eis q̄ꝫ al̄s nō sit eis salus si peniteant. ꝑ absoluendi sunt · Est tñ ꝑ cal̄ e ꝑalis ⁊ ꝑm quosdā incurrit irregularitas ēt si occultū sit. Et idē videt dicendū de illis qui tradūt se diabolo vel ex despatiōe vel vt aliquid obtineant ab eo etiā si in strumētum facerent. sicut legitur ō quibusdā. De imaginib⁹ astronomicis dicit Tho. vbi supra q̄ habent effectū nō a corpibꝫ celestibus sed a diabolo quia necesse est ibi scribi quosdam caracteres q̄ naturaliter ad nihil opantur.

¶ Capitulū secundū de triplici infidelitate.

De infidelitate est

nūc agenduz. ¶ Ad̄ infidelitas sit pcūm sic ꝓbat̄. q̄ virtuti ꝛtrariat̄ vitiū. ꝑ fides est virt̄. g̃ infidelitas ē vitiū q̄ ei⁹ ꝛtrariat̄. Sz ꝓ hꝰ declaratōne dicit. b. Tho. ſe. ſe. q. i. q̄ infidelitas pōt accipi dupliciter Uno mō ꝑm puram negationē vt. s. dicat̄ infidelis solū ex ꝑ q̄ nō hz fidē Et ꝑm ꝑ infidelitas nō hz rōez peccati sicut in illꝰ q̄ nil audierūt ō fide. ꝑ magꝫ ber

rationē pene. qz. s. talis ignorātia diuinoꝝ ex pec
cato primi parentis ꝓsecuta ē. Qui aūt sic sunt
infideles damnant quidē ꝑm illud. Qui nō cre
diderit ꝯdemnabit. Aug. vl. Damnāt aūt tales
ꝓpter alia pcta q̄ sine fide remitti nō possunt, nō
aūt damnant ꝓpter pctūm infidelitatis. Unde
Aug. tractans illud quod ait xps. Si nō ve
nissem et locutus eis nō haberent peccatū nō habe
rent dicit q̄ loquit de pctō q̄ nō crediderunt in cri
stū. s. infidelitatis. Ad vt dicūt doc. pie credendū
est q̄ si quis in loco esset vbi nil audisset vel au
dire posset de fide. si secundū rōnem naturalem
viueret et nō implicaret se aliis vitiis. deus eū
nō desereret. sed aliquo mō eū illumināret ꝑ se
vel ꝑ aliquē ad credendū. Cui. n. vult deus mi
seretur. et quē vult indurat. Nō ergo inuiti sūt
saluandi sed volentes. Sicut homo ꝓpter arbitriū
voluntate serpenti obediens pfit. ita vocante se
gratia dei quisq̄ ꝓpria mentis ꝙuersione saluat
di. xlv. De iudeis. Scdō mō accipi pōt infideli
tas secundū ꝯtrarietatem ad fidem. q̄. s. aliquis
repugnat auditui fidei vel cōtemnit eam secun
dum illud Isa. liij. Dñe quis credidit auditui
nostro. Et in hoc ꝓpie pficit rō infidelitatis. et
ꝑm hoc est infidelitas spāle pctm. Nec ē cō
tra hoc quod dicit. Damascenus. s. q̄ peccatum
est contra naturam. cū hēre fidem nō sit in na
tura humana q̄ supra rōnem est ꝙ dei infusiōz
q̄ q̄uis hoc sit. tamen vt idem Tho. dicit. i na
tura humana est vt nō repugnet diuīo instictui
et exterioris veritatis pdicationi. Sic enim in
fidelitas est contra naturā. Oritur aūt infideli
tas ex peccato superbie. Ex superbia. n. pcedit q̄ ho
mo non vult subicere intellectum suū regulis fi
dei et sano intellectui patrum. Posset etiam di
ci q̄ sicut virtutes tēologice non reducuntur
ad cardinales. sed sunt priores eis. Ita et vitia
opposita virtutibꝫ tēologicis nō reducunt ad
vitia capitālia. sicut opposita vitia cardinalibus
virtutibꝫ. b. Tho. vbi supra. Est aūt hoc vitiuz
in intellectu sicut in primo subiecto. in volun
tate vero sicut in primo motiuo. s. ad dissentiēdū
ab his que sunt fidei. Est aūt triplex infidelitas
scz paganoꝝ. iudeoꝝ. et hereticoꝝ. Et pagani neu
trum testamentū recipiūt nisi q̄ samaritani tm̄
v. libros Moysi. Sarraceni aliquas cerimoni
as legis. Iudei vetus testamentū q̄ium ad cor
ticem. Heretici vtrūq̄ testamentū cōiter recipi
unt sed falsē exponūt. Ite nota ꝑm Tho. ibidez
q̄ q̄uis opa infidelium que sunt de genere bo
noꝝ vt ieiunia Helie et hmōi. nō sint eis meri
toria ꝓpter infidelitatem que est grauissimū pec
catorum tamē q̄ peccatum nō corrūpit totuz bo
nū nature. sz remanet in eis lumē naturale. iō
nō oīs actꝰ eoꝝ ē mortale peccatū. sz actꝰ pcedēs
ex ipsa infidelitate vl relatus ad ipsam etiā si sit
de genere bonoꝝ. puta sarracenus ieiunat vt ser
uat legē Machometti de ieiunio mandantē. iu
deus celebrat suas festiuitates et hmōi. in his est
mortale. Et de his intelligitur illud dictū Aug.
Omnis infidelium vita pctm ē. xxviij. q. i. §. ij.
Sz ieiunādo ob castitatē ꝙuandā et alia faciendo
ex dictamine rōis naturali nō peccat dicendo ver
bū ociosum ex se nō nisi venialiter peccat. Item
nota q̄ dubitare de aliquo eoꝝ q̄ sūt fidei ex deli
beratione rōis, q̄. s. vult dubitare nō magꝫ decli
nans ad vnā ptē q̄z ad alterā q̄ ē ꝓprie dubita
re. est pctūz mortale. q̄ infidelitas extra ō hēre. c
Dubius inde infidelis ē. secus si aliqñ vacil
laret circa ea q̄ sunt fidei ꝙ modū temptatōis et
cū displicentia rōnis. q̄ tūc veniale vel nullum
pctūm est. Et silr si quis crederet q̄ quilibet in
sua fide vt iudeus. sarracenus et hmōi saluarē
dū modo seruaret legem suā et viueret ꝑm rōem
naturalē. hoc est dubitare ō fide sua imo nō cre
dere xpo dicenti Mar. vl. Qui crediderit et ba
ptizatus fuerit saluꝰ erit. Qui vero nō credide
rit ꝯdemnabit. Nō enī q̄s saluari pōt nisi in fiō
catholice eccīe. xxiij. q. i. Quia ex sola.

Ad fidem suscipien. §. I

dam nullus iudeus vel gentilis debet cogi rō est
ꝑm Tho. vbi supra q̄ credere est voluntatis. Ad
dicit. distin. xlv. De iudeis pcipit sancta synod⁹
nemini vim inferre ad credendum. Cui ei vult
miseretur deus. et quē vult indurat. Nō ergo in
uiti sunt saluandi sed volentes sicut hō ꝓpter ar
bitriū voluntate serpenti obediens pfit. ita vocā
te se gratia dei quisq̄ credere, ꝓpria mentis ꝙuer
sione saluatur. di. xlv. De iudeis vt integra sit
forma iusticie. Sz susceptā etiā metu tormento
rū et mortis cogendus est retinere vt. d. c. De iu
deis. Et qui redeūt ad iudaismū etiā si inuantes
fuerunt baptizati vel metu mortis ad baptismū
adducti debet ꝓcedi ꝯtra eos sicut ꝯtra hereticos
Et silr ꝯtra talium fautores ex. de hēre. Contra li.
vi. Si qui tñ infideles cogerent a ꝑsoluta coacti
oni et pviolentiā nō susciperēt sacramentū. vn
de nec essent cogendi ad retinendū ex quo nō su
sceperūt secus de coactōne conditionali vt dictū
est. Debent vero iudei et alq̄ infideles adduci ad
fidē rōnibꝫ psuasibilibꝫ et auctoritatibꝫ ostēden
do ex eoꝝ libris eoꝝ errorē et dulcibꝫ modis. vt
dicit Greg. di. xlv. Qui sincera. Possunt etiaz
ad fidem adduci ꝑm Guil. pmissis et muneribꝫ
nō quidē factis ꝓ fide suscipienda, q̄ hoc esset si
monia. sed ad captandū benivolentiam et exclu
dendum ab eis timorem inopie et hmōi. i. q. ij.
Quā pio. Possunt etiam adduci ad fidem ꝑm
Rai. per grauiorē exactionem pensionum ab e
is in principio tamen locationis non post. xxij.
q. iij. Debet. Ite nota q̄ possessiones et alia bōa

mobilia vel ĩmobilia ¦iudeorum vel ¦aliorum in fidelium ad fidem conuersorum non debent auferri ab eis. nisi sint vsuraria vel de vsuris empta obnoxia restitutiõi. extra eo. De iudeis. Vsuraria autem eorum debent restitui eis a quibus extorte sunt vsure. vel eor̃ heredibꝫ. Qđ si non inueniuntur poterunt ipsis ad fidem ꝙuersis ꝑ epm tanq̃ pauperibus dispensari Ray. c. ꝟ in totum vel in ꝑtem secundũ quantitatẽ ipor̃ bonorum. et qualitatem conuersorum plus vl̃ min. ꝫ indigentiũ. extra de vsuris cum. tu. Si aũt inutis parentibꝫ tales baptizati essent videt̃ q̃ sint cogendi ad seruandũ fidem receptam in baptismo Guil. etiam dicit q̃ non licet nutricibꝫ occ̃te baptizare ꝓuulos iudeor̃. sed si in arti. mortꝫ hoc facerent credit q̃ non peccarent ꝛc.

De disputando de. §. II

fide cum infidelibꝫ dicit Tho. 2e. se. q. c. q̃ in huiusmõi disputatõe sũt duo ꝓsideranda Vnũ ex ꝑte disputantis. quia si disputat tanquã de fide dubius volens experiri ꝓrationem et veritatem tunc peccat proculdubio tanq̃ infidelis. Si autem disputat ad confutandum errores vel cã exercitij laudabile est. Aliud est. considerandũ ex parte audientium. quia aut sunt instructi in fide et firmi. ⁊ tũc nullũ ꝑiculũ est disputare coram eis. Aut sunt simplices et in fide titubãtes et tunc distinguendũ est quia si sollicitant̃ ab infidelibus nitentibꝫ in eis fidem corrũpere tunc necesse est publice disputare. dũmodo inueniantur aliqui ad hoc idonei ꝑ hoc enĩ simplices in fide firmabunt̃ et tolletur infidelib⁹ decipiẽdi facultas. Si vero non sint sollicitati. tunc periculosum est coram eis disputare de fide. quor̃ fides simplicium ex hoc reddit̃ firmior̃ nihil ad uersum audierunt. Et ideo nõ expedit eis vt audiant verba infidelium disputantiũ cõtra fidez hec Tho. Et sic intelligendũ est illud Gelasij. 2 xxiij. q. iij. Cum quibus in fine vbi dicit̃. Canonum magistris atq̃ custodibus nostris nullus fas est inire certamen cũ hoĩbꝫ ditionibꝫ aliene Vbi glo. cũ hereticis nõ ẽ disputandum nec cum aliquo de fide. C. de sum tri. l. nemo. Sed ad hoc potest disputari cũ eis. vt cõuincat̃. non vt in dubium reuocent fidem nostram. Prohibent̃ aũt omnes laici disputare de fide occulte vel publice extra de hereticis. Quicunq̃ li vi.

De conuersatõne. §. III

fidelium cum infidelibꝫ quomodo sit ꝓhibitus Nota primo q̃ cum hereticis ꝓhibita est etiam locutio fidelibus et hoc quia excõicati sunt ex. de here. Excõicamus ⁊. xi. q. iij. Cum excõmunicato. Sed cũ alijs infidelib⁹ vt iudeis ⁊ sarracenis non est ꝓhibita locutio. sed nimia familiaritas et ꝯuersatio. Vnũ. xxviij. q. i. dicit̃. Omẽs deinceps clerici siue laici iudeor̃ ꝙuiuia vitẽt. nec eos quisquã ad ꝙuiuiũ ercipiat. q̃ cũ apud xp̃ianos cõmunib⁹ cibis nõ vtant̃ indignũ atq̃ sacrilegũ est eor̃ cibos a xp̃ianis sumi. ac si inferiores incipiant esse xp̃iani quã iudei si vtamur cibis eor̃. et ipsi nostros cõdemnãt. Et dicit ibi glo. qđ idem est de gentilibꝫ vt sarracenis. q̃ et ipsi hodie iam cibos discernũt licet enĩ nõ ꝙtineantur verbis edicti. vt. xi. q. iij. Ad mensam cõtinentur tamen in alijs. vt. ff. de peti. bere. l. Itez veni. Ita sic. ij. q. i. Vulti. et assignat ibi glo. rõne quare nõ est ꝓhibitũ loqui cũ iudeis et est ꝓhibitum comedere cũ eis q̃ scilicet maior familiaritas est in cibo sumendo q̃ in colloquendo et facilius quis decipitur inter epulas. xxij. q. ij. c. Vnusquisq̃ Tho. autem se. se. q. c dicit. q̃ illi qui sunt firmi in fide ita q̃ ex ꝙuersione cũ infidelibꝫ nõ timetur de eorum subuersione. ꝟ ꝑ rari potest ex hoc infidelium ꝙuersio. nõ sunt ꝓhibendi cum illis cõicare. Sed infirmi ꝺ quibꝫ timeri potest ꝓhibendi sũt extra casum necessitatis ne cum illis cõuersentur. Tho. sed ⁊ firmi etiam caute debent illud agere ne infirmos scandalizent. xij. q. i. Nolo.

Pueri iudeorũ. §. IIII.

et aliorũ infideliũ nõ sunt baptizandi inuitis parentibꝫ scõm. b. Tho. se. se. q. x. arti. vl. qđ ꝓbat triplici ratione. Prima est ꝓpter periculũ fidei. Si enim pueri nondũ vsum rõnis habentes fidem susciperent. cũ postmodũ ad ꝑfectam etatẽ peruenirent possent de facili a parentibꝫ induci vt relinquerent qđ ignorantes susceperant. qđ ꝙgeret in fidei detrimentũ. Secũda rõ est q̃ hoc repugnat iusticie naturali filius enĩ naturaliter est aliquid patris. ⁊ primo quidẽ a parentibus non distinguitur ꝟm corpus quãdiu in vtero matris ꝙtinetur postq̃ vero ex vtero matris egreditur anteq̃ vsum liberi arbitrij habeat cõtinetur sub cura parentum sicut sub quodã vtero spũali. Quãdiu. n. puer nõ habet vsum rõis non differt ab animali irrõnali. Vnde sicut bos et equus et bmõi est alicuius vt vtatur eo cũ voluerit secundum ius ciuile sicut ꝓprio instrumẽto ita de iure naturali est q̃ filius anteq̃ habeat vsum rõnis sit sub cura patris. Vnde ꝙtra iusticiam naturalem esset si puer anteq̃ habeat vsũ rationis a cura parentum subtrahatur. vel eis ĩuitis de eo aliquid ordinetur. Sed postq̃ incipit habere vsum liberi arbitrij iam etiaz incipit esse suus. et potest q̃tũ ad ea que sunt iuris naturalis vel diuini sibiipsi ꝓuidere. Et tũc pot induci ad fidem nõ coactione sed ꝑsuasione. et potest inuitis parentibus baptizari. Tertia ratio est consuetudo ecclesie que babz ma⁊ imã

auctoritatem. vnde et semp emulanda. i. imitanda que inducta esse credenda est ex dictis rōnibus assignans. Tanta enim est auctoritas eccie vt ab ipsa doctrina doctor habeat auctem. Unde magis standum e auctoritati eccie q̄ doctrie cuiuscūq doc. Greg. Aug. Hiero. r alior. Usus autem ecclesie qui ad auctoritatē eius pinet h nunq̄ habuit q filij iudeor. inuitis pntib, baptizarentur q̄uis fuerint retro actis temporib multi principes catholici et potentissimi vt Constantinus et Theodosius quib familiares fuerunt sanctissimi epi vt Siluester Cōstantino. Ambrosius Theodosio. qui nullo mō ptermittissent hoc ab eis impetrare si vidissent hoc ee cōsonū rōm. Et iō periculosum videtur ptra hanc assertionē d nouo introducere cōtra pfuetudinez in ecclesia hactenus obseruatā q iudeor. pueri inuitis parentibus baptizentur. Et quia non sunt facienda mala vt eueniāt bona z aplin. ad Roma. iij. Facere aūt iniuriā alteri est malū. fit aūt iniuria pentib vt eis inuitis eor. pueri qui sunt sub eor. cura baptizent. et iō nō debet hoc fieri etiā ppter bonū sequendū vt liberent a pculo mortis eterne rumpit. n. ordo iuris naturalis Sed nec pdicatorib, vel prelatis pmittit cura talium. sed pentib suis qui habent eis, puidere de sacrāmētis salutis anteq̄ habent vsum rōis. Unde de pueris antiquor. dicit qd sunt saluati in fide parentum. Et ideo nō imminet aliquod piculum ipsis plat̄is et predicatorib si patiant illorum puuli detrimentū salutis ppter subtractionem sacramentor. sed pentibus eorū q hoc non pcurant. Idem Tho. Guil. dicit q nō licet nutricibus iudeorū puulorū inuitis pntib baptizare eos. Sed si in articulo mortis d facerēt credit q nō peccarent. Ex his aūt que dicit bea. Tho. r precipue in prima rōne. videtur satis clare elici q q̄uis baptizari tales. nō debeant inuitis parentibus. tū si contrarium fiat recipiunt vere baptismū. qd mihi placet quāuis Pe. de pal. in. iiij. teneat contrariū vt patet in terna pte ti. de baptismo. Qui autem susceperint fidez ex infidelib seu baptismū sepandi sunt a parentibus. et sic intelligit glo. ibi et bene illud. c. iudeo filios vel filias ne pentū vltra inuoluantur erroribus ab eor. consortio decernim⁹ separari. xvij. q. i. Ubi glo. per baptismū enim soluit ius patrie potestatis. nec tamen priuabunt illi paterna successione. extra de iudeis. c. Judei.

¶ Capitulum tertium de infidelitate iudeorū et ritibus et aliorum infidelium et de participatione cum eis et de exactionibus in eos. et de seruientibus eis.

Prohibetur habitatio cum iudeis. et balneatio. Ūñ xvij. q. i. dicitur. Nullus eor. qui i sacro ordine sunt aut laicus azima eorū mandu cet aut cū eis habiter. aut aliquē eorū i infirmitatib suis vocet aut medicinā ab eis pcipiat. aut se cū eis in balneo lauet. Si quiscq̄ hoc fecerit. si clericus est deponatur. si laicus excōicet. Et dicit ibi glo. nisi sit missus ad pdicandū eis. extra de iudeis. Quā sit laudabile. Debēt aūt puniri contra facientes mō pdicto ſm Ray. si postq̄ fuerint admoniti se nō abstinent ab hmoi. Guil. tñ dicit q in necessitate possunt emi et comedi azima iudeorū. Idem videt sentire Aug. de medicinalib in casu necessitatis cū. s. alius nō inuenitur sufficiens medicus. Hosti. etiā dicit q xpiani nō dēt esse vt assidui intra domū iudei. nec tanq̄ famuli. aut nutrices aut obstetrices. alīs si ipsi xpiani nolunt discedere debent excōicari extra de iudeis. Judei. Sz ex. domū pōt eis seruitia facere r pōt esse coloni eor. extra eo. Ultro tū. Nota etiā ſm Hosti. q pōt xpianus hre iudeos in suos r emere ex. eo. r si iudeos. nō tū debēt cū eis morari. ita q habeāt eos tanq̄ familiares Judei. n. vt dicit Jo. sunt difficiliores ad puertendū et pitiores ad subuertenduz q̄ gentiles. Si aūt voluerint fieri xpiani siue iudei siue gētiles. nō poterunt dñi eorum pbibere. ar. xij. q. ij due sunt. Tñ ſm Ray. r Tho. q baptismū non liberant a seruitute i remanent sui. q. Quid? etiaz introducta est de iure diuino. ar. di. xxv. Sexto Et q ius gentiū di. i. ius gentiū. Et q ius canonicū approbata. xij. q. ij. Eccias. ſm Hosti. r gof. Et addit Ray. q vbi d bona pfuetudine nō solent xpiani ee sui consulendū est dño q in remissionem pcor. suor. manumittat vel saltē pecunia mendicata vel seruitio ad temp⁹ pstito se redimat. xij. q. ij. Cum redemptor. Sz q hoc pfilium e t pium sīgs ptrariū faciat. s. retinēdo talē puersum ad fidem in seruitutē vl ēt alteri vēdē do nō credo q peccet. q qd nō est pbibitū intelligitur esse pcessum. ar. xij. q. ij. Eorum. §. se. in fi. sz hoc ñ repitur pbibitū Hoc etiā asserit dñs Joan. de. in li. qui dicit lucula noctis.

A quibus iudei sūt. §. I

pbibendi inter xpianos puersantes. Primo secundū Rai. ne habeāt aliqua officia publica ne occasionē habeant seuiendi in eos. vt. di. liij. nulla. r. xvij. q. iij. Constituit. Qd si iudeus talia officia susceperit debet ei denegari xpianorū cōio do nec quicqd accepit ex tali officio p̄ puidentiā diocesani puertat in vs⁹ paupū r ipse offm dimittat Ite nullus fidel pōt aliqd pgregatōi iudeoruz

vel iudeo vel pagano in testamento relinquere: & si fecerit etiã post mortẽ iudicat anathema. vt xxiiij. q. ij. Sane. Et intelligendũ videt nisi legaret ad subueniendũ magne necessitati. Itẽ non debent pmitti iudei nouas erigere synagogas. sed veteres reficere dũmodo ampliores vel preciosiores nõ faciant solito. Et rit⁹ & solennitates suas sunt pmittendi facere extra eodem. ꝓsului. Itẽ in diebꝫ lamẽtationis et dñice passionis non debent in publicũ ꝓdire extra eo. In nonnullis. Qꝫ etiã in die pasce nõ debẽt hẽre hostia vl fenestras aptas. ex. eo. Nec sup bis. Itẽ cogendi sunt tales habitũ deferre cõtinue qꝫ ab aliis manifeste distinguãtur ex eo. In nonnullis. Item cogendi sunt ad decimas prediales ꝓsoluendas extra de deci. de terris. Itẽ cogendi sunt xpianos testes recipere. extra se. sed iudeus nõ pt ferre testimoniũ ꝓtra xpianũ. extra de testi. c. iudei. Itẽ iudei pmittit agere & quenire apud iudices nostros & nõ apud seniores eorũ. Arbitꝛ possunt eligere etiã iudeũ cuius sniam exequat ordinarius. C. eo ti. Iudei. Itẽ in sabbatis suis nõ debent trahi ad iudicia. Nec ipsi alios trahant. Sed nec in aliis festiuitatibꝫ suis debent turbari. Nec sepulchra eorꝫ obtentu sortis pecunie effodi. vt. C. e. ti. Die sabbati extra eo. Sic iudei. Pro maiori declaratione eius qꝫ dictum est in precedenti. §. in principio. Nota fm. b. tho. se. q. x. ar. x. qꝫ dñium et platio infidelũ sup fideles põt dupliciter ꝓsiderari. Uno mõ ꝗtum ad dñium & plationẽ de nouo instituendã & hoc nullo modo debet pmitti. hoc enim cederet in scandalũ & periculũ fidei. De facili. n. illi q̃ subiiciuntur iurisditioni aliorꝫ immutari pñt ab eis quibus sub sunt vt sequantur eorꝫ impiũ. nisi illi subditi sint magne virtutis. Similiter etiã infideles ꝓtemnerent fidẽ li fideliũ defectus scirent. Et iõ apls. i. Cor. vi. ꝓhibet fideles ꝓtendere in iudicio coꝝ iudice infideli. Et sic eccia ꝓhibet infideles pfici in quocũqꝫ officio sup fideles. vt in. c. Constituit. xvii. q. iiij. Alio mõ põt ꝓsiderari dominiũ infideliũ sup fideles, put ẽ iam pẽsũ. Ubi sciendũ qꝫ dñium & platio introducta sunt ex iure humano. Sed distinctio fideliũ ab infidelibꝫ est ex iure diuino. Ius aũt diuinũ qꝫ est ex gratia nõ tollit ius humanũ qꝫ est ex naturali rõne. Et ideo distinctio fideliũ & infideliũ fm se ꝓsiderata nõ tollit dominiũ infidelium super fideles. põt tamen tolli p ordinationẽ eccie auctoritatem habẽtis de ipsis infidelibꝫ sup tale dñium auferri ius dñij & plationis qꝫ infideles merito sue infidelitatis merentur amittere ius prelatiõis quod habent sup fideles qui transferũtur in filios dei. Sed hoc eccia q̃ñqꝫ facit qñqꝫ nõ facit. In illis ei infidelibꝫ qui tpaliter subiiciunt eccie & mẽbris eius. hoc ius eccia statui vt. f. seruus iudeoꝫ factus xpian⁹ statim fit liber nullo precio dato. vt di. liiij. Fraternitatẽ & hi⁹. Nec hoc eccia iniuriã facit eis. qꝫ cũ iudei sint serui eccie. põt eccia de eoꝝ bonis disponere. In illis vero infidelibꝫ q̃ tpaliter nõ subiiciunt eccie vel mẽbris eius. ꝑdictũ ius nõ staruit. licz posset instituere de iure. Et hoc facit ad scandalũ vitandũ. sicut & dñs mãdauit ꝓ se solui tributũ cum nõ teneretur ad scandalũ eoꝝ vitandũ. vt habetur Math. xvij.

De rũbus seu .§. II.

cerimoniis infidelium quare & qñ tolerant. Pro cui⁹ declaratõe dicit Lyo. se. se. q. x. ar. xi. qꝫ humanũ regimẽ deriuat a diuino regimine. & ipm debet imitari. Dñs aũt cũ sit summe bonus & omnipotens pmittit tñ aliqua mala fieri in vniuerso q̃ posset ꝓhibere ne eis sublatis maiora bona tollantur aut maiora mala sequantur. Sic & in regimine hominum hi qui presunt recte aliqua mala tolerant ne aliqua bona impediant. vel etiã ne alia mala peiora incurrant. sicut dicit Aug. in li. de ordine. Auser. meretrices a rebꝫ humanis et turbabis oĩa libidinibus. Sic igit infideles q̃ñs in ritibꝫ suis peccent. tamẽ tolerari pñt. vel ꝓpter bonũ qꝫ ex hoc ꝓuenit. vel ꝓptera liquod malũ vitandũ ex hoc aũt qꝫ iudei rit⁹ suos obseruant. in quibꝫ figurabat olim veritas fidei quã tenemus. hoc bonũ ꝓuenit qꝫ testimonium fidei nostre habem⁹ ab hostibus. et quasi figura repñtat nobis ꝓ illos ea q̃ credim⁹. & ideo in suis ritibus iudei tolerant. vt ps. di. xlv. Ó iudei et extra eo. Consuluit. Alioꝝ vero infideliũ ritus qꝝ nil vtilitatis vel veritatis afferũt. nõ sũt aliqualiter tolerandi. nisi forte ad aliqꝫ malꝫ vitandũ vt scandalũ vel discidiũ qꝫ inde posset ꝓuenire. vel impedimentũ salutis eoꝝ qui tolerati paulatim ꝙuertunt ad fidẽ & ꝓpter hoc etiã hereticoꝝ & paganoꝝ ritus eccia aliqñ tolerauit qñ erat magna multitudo infidelium.

Quomodo sint .§. III.

puniendi ꝓcipantes cũ iudeis circa casus ꝑdictos & ipsi iudei facientes contra ꝑdicta. Participantes si sunt clerici. & admoniti nolũt se emẽdare scõm Ray. dñt priuari officio et beneficio. Si sunt laici et principes qui nolũt exequi predicta. vl aliq̃ q̃ aliqꝫ impedimentũ afferũt admoniti nõ satisfaciunt. dñt excõicari. xxiij. q. i. Nullꝰ. Sed iudei cõtra ꝑdicta facientes sic puniunt vt xpiani ab illoꝝ cõtione & ꝓsortio seu ꝓmertio tãdiu separent sub pena excõis donec illi emẽdauerint & satisfecerint. vt patet ex. eo. ti. et si iudeos. Dñt ẽt iudei p eccias ꝺberari vl alio mõ coꝛporaliter mulctari de ꝓcepto epi vl ꝓncipis. ar. xxij. q. iij. Cõstituit. & etiã alia pena pñt puniri

ex.de vsu.c.post miserabilē. Quod ergo dicitur q̄ ecclesia nō iudicat de his qui foris sunt, dicit glo.xxviij.q.i. Sepe. hoc eē verū quo ad spūalē penā quia eccīa nō excōicat iudeos vel gentiles sed quo ad corpales penas bene iudicat d̄ eis vñ si nimis querūt cū querūtis ex eis ad fidem vel puertere nituntr debēt flagellari.d.c. Sepe. Si aūt christū blasphemauerint dicit Holti.q̄ secundū leges debent decapitari. Vñ p̄cipes seculares iudeos x̄p̄m blasphemātes grauiter punire dēbt pena pecuniaria vel etiā grauiori extra eo. In nonnullis. Et nota fm Tho. in quadaz epla ad ducissam lotworingie.q̄ cū iudeus delinquens nil hz p̄ter vsuras debet nihilominꝰ ⁊ p̄t puniri pena pecuniaria secundū delictū ne ex sua iniquitate reportet cōmodū.et maiori vnicz pena q̄z quicūq̄z alius non vsurarius in sili cāu q̄zto pecunia que ab eis auferetur minus ad eos ptinet. Potest ⁊ insup addi alia pena ne ad penam sufficere videat q̄ pecuniā aliqs debitā delinant possidere. Pecunia tamen ab eis ablata pene no mine nō pōt retineri a dūis seu officialibꝫ punientibꝫ sī debet de ea fieri vt dicet in .§. se.

De exactiōibus .§.IIII.

factis in iudeos a dūis terrarū.quid iuris dicit Tho.in dicta epla q̄ēquis sicut iura dicūt iudei merito culpe sue seruituti sint addici, ⁊ sic dūi res eorū possint accipe tanq̄z suas.ita tū q̄ non subtrahant vite necessaria.q̄ tū oportet nos ambulare honeste ad eos qui foris sunt.ne nomen dei blasphemet hoc obstante videt vt in exactionibꝫ quas facere nō ꝓsueuerūt nō ꝓgrauent sī ad ꝓsuetas cogi possunt. Sed no.scōm Tho.in dicta epla.q̄ cū iudei nihil habēt p̄ter vsuras. cū nō possint ipsi illa retinere licite.nec ꝓsequenter dūi recipientes collectas a talibꝫ possunt ea sibi retinere licite nisi forsan essent talia que ab ipsis vel antecessoribꝫ dominoꝝ ipsi iudei extorsissent. Siqua vero alia bñt que ab eis extorserint illis debent restituere quibꝫ ipsi iudei tenebant si inueniunt. Illoquin in pios vsus scōm ꝓsilium diocesani vel alioꝝ pboꝝ vel in cōem vtilitatez terre si necesse est sunt eroganda. Neceēt licitū si de nouo dūi exigerent talia a iudeis seruata tū ꝓsuetudīe p̄decessorū suoꝝ hac intentōe vt in pios vsus expendantur.

De donis et mer .§.v.

cedibus quas dant iudei ꝓsonis pro labore suo vtrū possīt licite recipi et retineri. Rñdet Guil q̄ de bis que habēt iudei p̄ alium modū q̄z per vsuras et rapinas.puta de aliquo artificio acq̄sita nō est dubiū q̄ et dona ⁊ merces laboris possunt accipi ⁊ retineri. Sed si nō habēt p̄ter vsuras.tunc si recipiens certat de damno suo vitando.sic accipiens nō peccat sicut qui a fure vel rapace damnificatus est.puta q̄ incendiū nō peccaret si acciperet ab eo damnū suū licet ipse fur vel raptor nihil haberet nisi quod acquisiuit ex furto vel rapina dū tū nō recipiat q̄ damno suo in specie res ipsas alienas. Et addit etiā Tho. in supradicta epla q̄ si iudeus vsurarius vitro ꝓferat pecuniā vel ereminm expedit recipe vt pecunia sic recepta reddat his quibꝫ de iure dz seu aliqs ⁊ dicit Guil.q̄ dona ⁊ elie nō sūt recipienda ab vsurarijs qm̄ p̄ hoc non efficerent nō soluendo nisi vt dictū est si recipientur ad restituendū creditoribꝫ eius vsurarū. Vndicū aūt ꝓ nihilo reputatur.et sic p̄t ricipi.

De seruis iudeoꝝ .§.VI.

